Universitätsbibliothek Paderborn

# Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis creberrimis roborata

Colonie, 1506

VD16 T 655

Arpositio hymnorum cum familiari commento iamdudu[m] in lucem edito

urn:nbn:de:hbz:466:1-30585

Visual Library

# Expoſitio hym=norum cum familiari commento iamdudũ in lucem edito

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Iſte eſt liber hymnorum.

Hymnus dr̄ laus dei cū cātico Quattuoꝛ aūt fuerūt ꝑncipa les autores q̄ hymnos cōpoſuerūt. ſcʒ Gregorius Prudētius Ambroſiꝰ ⁊ ſedulꝰ Sʒ qdā vir prudēs noīe Hilariꝰ vidēs illos ſic mul tos hymnos cōpoſuiſſe. dignū duxit placuitqʒ q̄ſdā in vnū colligere ꝯpē dioſe. ⁊ vnū breuē ⁊ vtilē tractatū ꝯponere in q̄ hymni ꝯtinerent̄. Prima huiꝰ intētio fuit deſcribere illos q̄ cātant̄ in ꝑma feria. ⁊ ſic deinceps ſcḋm ordinē Vtilitas aūt maxima ē in h̄ libello. qꝛ eo plecto ⁊ intellecto co gnitōem habere poſſumꝰ vnitatis ⁊ trinitatis Supponit̄ aūt theoꝛice. id ē diuine ꝯtēplationi. Sed qꝛ mentionē fecerat de feria. videamꝰ qd ſit fe ria Feria ē ſolēnis dies Btūs aūt ſiluester vel Gregoriꝰ vidēs hebreos dixiſſe ꝑma ſabbati. ſcḋa ſabbati. ⁊ ſic deinceps. Silr̄ vidēs gētiles noīa ſuoꝝ deoꝝ vel ſtellaꝝ poſuiſſe. vt dies lune. dies martis ⁊c̄. voluit muta re mores eoꝝ. ſ. hebreoꝝ ⁊ gētiliū. ⁊ ideo inuenit h̄ nomē feria. Sʒ in fine ſeptimane ſeruauit ſabbatū qḋ fecit ad figurā. qꝛ ſabbatū interp̄tat̄ req̄ es. Et nos ꝑ totā hebdomadā. i. ꝑ totū ſpaciū vite nr̄e (qḋ currit ſpacio ſeptē dieꝝ) debemꝰ laboꝛare ſummo conamine vt ꝑueniamus ad requiē ⁊ ad eternā btitudinē Vnuſquiſqʒ aūt hymnꝰ hʒ ſuā materiā In illis qui ſunt de nocte accipit mediū ip̄m tp̄s. i. ꝑcatōem ip̄ꝰ tp̄is. ſ. vt expellat a nobis tenebras ignoꝛātie. ⁊ vicioꝝ ⁊ īformet nos ꝟtutibꝫ ⁊ ſctiſp̄ūs chari tate In illis ꝟo q̄ ſunt de die accipit mediū ip̄m lumē. ⁊ vult dep̄cari de um. vt queādmodū illuminat nos claritate ⁊ ſplēdoꝛe ſolis in coꝛp̄e. ſic il luminet nos ſanctiſpiritꝰ gratia in mēte Amen.

Rimo dierum omnium quo mundus extat conditus. vel quo reſurgens conditoꝛ. nos moꝛte vita liberet.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt cōmēdatio dn̄ici diei Et cōmēdat eū tripl̄r ꝑmo qꝛ tali die mūdus ꝯditꝰ fuit. ſcḋo qꝛ tali die xp̄s reſurrexit. tercio q̄a nos illo die a moꝛte liberauit Et ꝑ hāc ꝯmēdatōem btūs Gregoriꝰ vult monere nos ad honoꝛē dn̄ice diei. vt de lecto mane ſurgamꝰ Dn̄icus ꝟo dies merito cū diſcretōe oīm dieꝝ ꝑmus dr̄. qꝛ dr̄ ꝑmꝰ reſpectu oīm crea turaꝝ. Terciꝰ etiā dr̄ reſpectu reſurrectōis dn̄i. qꝛ tercia die reſurrexit dn̄s Octauꝰ etiā dr̄ reſpectu octaui diei. qꝛ in octaua dies oēs reſurgere debe mus ad eternā vitā Et ideo ḡramꝰ deū in dn̄ico die q̄ xp̄s reſurrexit. vl̄ in die iudicij q̄ dr̄ ſacratꝰ. qꝛ in ip̄a bona bonis. mala malis reddent̄ Deſcē dēdo ad litterā dico dn̄icā diē maioꝛē eē oībꝫ alijs. qꝛ tūc mūdus fuit con ditus. ⁊ xp̄s reſurrexit eodē die. Dicit em̄ Leo papa In hac die mūdus ſumpſit exoꝛdiū in hac ꝑ reſurrectionem ⁊ moꝛs interitū ⁊ vita accepit prin cipiū. ḡ hʒ primatū ſuꝑ oēs alios dies. ḡ maioꝛ eſt alijs diebꝫ ꝑ locū a par tibꝫ enumeratis vel a poſitōe ātecedētis O fratres (oēs ſurgamus). i. citi us q̄ʒ in alijs tp̄ibꝫ. ꝑmo oīm dieꝝ. i. die dn̄ico. quo. ſ. dn̄ico die (mundus extat). i. eſt. ꝯditus. ſ. factus. vel ꝑ ⁊. quo die (ꝯditoꝛ). i. creatoꝛ oīm crea turaꝝ (reſurgens a) moꝛte (vita). i. ad vitam nos liberauit ab inferno. et a poteſtate diaboli.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pulſis procul torporibus. ſurgamus omnes ocyus. ꝛ nocte queramus pium ſicut prophetam nouimus**

(Surgamꝰ ocius) dico (torporibꝫ ꝓcul). i. pctīs ꝛ vicijs (pulſis). i. expulſis (ꝛ q̄ramꝰ) ꝑ obſeruatōez mādatoꝝ (piū). i. deū (nocte). i. in nocte (ſicut nouimꝰ ꝓpham) ſc Dauid deū ꝗſiuiſſe. ſicut ipe ait Media nocte ſurgebā ad ꝯfitēdū noī tuo ꝛc. Itē dī Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectū meū lachrymis meis ſtratū meū rigabo. vñ i homel. bti Gregorij legit de ꝗdā viro. q poſtꝗ̄ aliquātulū ſoporis corꝑi ſuo dediſſet. extra mediā noctē ſurgebat. ꝛ vigilās ꝑorabat. q tādiu hoc fecit donec facta ē vox de celo a dño dicēs Peccatū tuū dimiſſum ē tibi. ſurge. ꝛ noli ammodo peccare.

**Noſtras preces vt audiat. ſuamqꝫ dexteram porrigat. vt expiatos ſordibus reddat polorum ſedibus**

Surgamꝰ inquā ꝛ q̄ramꝰ piū (vt audiat noſtras p̄ces). i. orōnes ꝓ vitādis vicijs ꝛ ꝓ acq̄rēdis ꝟtutibꝫ (qꝫ) ꝓ ꝛ (porrigat ſuā dexterā). i. ſuum auxiliū (vt reddat expiatos). i. nos abſolutos. ꝛ purgatos a vicijs vel a ſordibꝫ vicioꝝ (ſedibꝫ poloꝝ). i. celoꝝ ꝛ āgeloꝝ. i. ponat nos i regno celorū.

**Et quiqꝫ ſacratiſſimo huius diei tempore horis quietis pſallimus donis beatis muneret.**

Reddat inquā nos poloꝝ ſedibꝫ. vt (muneret). i. appremiet nos (beatis donis). i. donis celeſtibꝫ (ꝗqꝫ). i. ꝗcunqꝫ (pſallimꝰ). i. canimus. ſ. dño deo nr̄o (horis q̄tis). i. horis noctis (tp̄e ſacratiſſimo). i. ſanctiſſimo q̄ xp̄s reſurrexit (huiꝰ diei). ſ. dñice. vel muneret in ſacratis tp̄ibꝫ. i. in die iudicij. q dr̄ ſacratus. qꝛ bona bonis ꝛ mala malis reddētur

**Jam nunc paterna claritas te poſtulamus affatim. abſit libido ſordidans. omnis actus noxius.**

Hic ꝯñter. qꝛ ſuperiora ꝑ nos habere neq̄mus vertit ſe nūc ad chriſtū et monet nos ꝙ deprecemur ipſum quatinus oīs libido. ꝛ omnis macula facta a nobis remoueat. O (paterna claritas) id ē ꝯditor mundi (poſtulamus iā te nūc affatim) id ē abūdāter. vt (libido) id eſt luxuria. ꝛ mala ꝯcupiſcētia (ſordidans) id ē fedans. ſc corꝑa noſtra. ꝛ (oīs actus noxius). i. nociuus ſiue oē malū opus (abſit). i. lōge ſit remotū. ne aīa cū corꝑe ſordeſcat Affatim ſm Hug. ꝑ geminū. ff. componitur ex ad. ꝛ fatim quod eſt abundanter

**Ne feda ſit vel lubrica noſtri compago corporis. per quaꝫ auerni ignibus ipſi crememur acrius**

Et iō te poſtulamꝰ (ne ꝯpago noſtri corꝑis). i. ꝯiūctio corꝑis r̄ſiꝛ aīe (feda ſit). i. ſordibꝫ plena (vel lubrica). i. labilis ad luxuriā. q tūc dr̄ feda qñ caro p̄eſt ꝟtuti ſiue rōni. ꝛ rō ē pulchra qñ p̄dñat corꝑi (ꝑ quā). ſ. compaginē male viſam (ipi). i. nos ipſi (crememur). i. cruciemur aīa. ꝛ corpore



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(acrius).i.valde acriter (ſignib9).i.dolorib9 ꝛ cruciatib9 (auerni).i.infer/
ni Auernus dr ab a qđ ē ſine ꝛ ververis qđ ē delectatio q̄ſi ſine vere.i.ſine
delectatōe Auernus aūt eſt locus in inferno vbi ſp̄ ē ignis .in q̄ impij cre/
mabūtur.q̄ in hac vita in vanitatib9 mūdi vixerūt.

**Ob hoc redemptoꝛ queſumus vt pꝛobꝛa noſtra diluas. vite per**

**ennis commoda nobis benigne conferas.**

Et qꝛ timemus ignib9 vt crememur.ideo o (redēptoꝛ q̄ſum9).i.cū de
ſiderio q̄rimus ꝛ rogamus (ob hoc).i.ꝓpter hoc (vt diluas).i.deleas (no
ſtra ꝓbꝛa).i.pctā.q̄ ꝓbꝛāt aīam ꝛ coꝛpus. ꝛ (ꝯferas benigne).i.concedas
(nobis ꝯmoda).i.bona (ꝑennis vite).i.eterne glorie

**Quo carnis actu exules. effecti ipi celibes. vt preſtolamur cernui.**

**melos canamus glorie**

(Quo) ꝓut s^e nos (exules).i.peregrini a celeſti patria (actu).i. opati
one ſiue ꝯcupiſcētia (carnis) queadmodū ipe q̄ ē alien9 a patria ē exul ꝛ pe
regrinus.i.lōge remot9 a patria Sic nos debemus eē remoti ab actu car
nis ꝑ bona opa. ꝛ nos (ipi effecti celibes).i.celeſtes (p̄ſtolamur) id ē expe
ctamus.ſ.vitā eternam (cernui).i.humiles.vel (cernui).i.inclinati. ꝛ ocu
los ſurſum tēdētes ad dn̄m (canamus).i.ꝓferamus (melos).i.dulcē cā
tū oꝛe ꝛ coꝛde (glorie).i.ad honorē tue laudis. Bene em̄ cantat qꝛ pctis
ceſſat ꝛ bona opa facere nō pigritat. Preſtoloꝛ equocum ē. vn̄ Preſtoloꝛ
expecto. preſtoloꝛ querere dico

**Preſta pater pijſſime. patriq3 cōpar vnice cū ſpiritu paraclito**

**regnans per omne ſeculum. Amē**

O (pijſſime pater).i.o creatoꝛ ꝛ actoꝛ oīm rez (q3) ꝑ ꝛ. o (vnice) id eſt o
xp̄e fili dei viui (cōpar) id ē equalis ſ̄m diuinitatē (patri) omipotēti in pu
gillo celū. ꝛ terrā ꝯtinēti. tu xp̄e (regnās cū ſpiritu paraclito) id ē ꝯſolato/
re (ꝑ omne ſeculū) id ē ante oīa ſecula (preſta) id ē dona ſeu ꝯcede. nobis
ea q̄ ſupra diximus.ſ.vt a vicijs abſtinēdo in v̄tutib9 ꝑſeuerare valeam9
(Amen) id ē fiat ſine fine ꝛ ſine defectu

**Eterne rerū conditoꝛ noctem diemq3 qui regis. ꝛ temporū**

**das tempoꝛa. vt alleues faſtidium.**

¶ Materia hui9 hymni ē cōmēdatio ꝛ laudatio dn̄ici diei. Eterne.i.ſine
inicio ꝛ fine Et dr̄ñā aſſignat inter eternū.ꝑpetuū ſempitnū ꝛ tpale. Eter
nū ē qđ caret pncipio ꝛ fine. vt de9 Perpetuū h3 pncipiū.ſ3 nūq3 habebit
finē. vt aīe ꝛ angeli. Sempiternū ē qđ h3 pncipiū cū tpe ꝛ habebit finē. vt
mūd9 Tempale ē qđ icipit cū tpe ꝛ etiā h3 finē. vt coꝛp9 nr̄m Conſtrue
(Eterne ꝯditoꝛ).i.factoꝛ (rez) s^e creataz (q̄ regis) id ē diſponis ꝛ guber
nas (noctē).i.pctōrē vel diabolū (q3) ꝑ ꝛ (diē).i.bonū vl' iuſtū (ꝛ das tpa
.i.diuerſitates (tpm).i.ſpacioz hui9 vite (vt alleues faſtidiū).i.remoue/
as tediū laboz nr̄oz Eterni dei ſapiētia fuit vt oīs ſubleuaret faſtidia tē

poꝝ mira delectatōe variatoꝝ. Nā ſi ſꝑ nox eēt hō deficeret ⁊ ꝑiret ⁊ etiā
ſi ſꝑ dies eēt. hō nimio laboris ſtudio affectus ꝑiret. ⁊ deficeret Et iō dn̄s
deꝰ miſertꝰ ē noſtri diei ⁊ noctis ſpaciū ꝯuenienter ponēdo ⁊ terminū ⁊ tē
poꝛib⁹ tp̄a dedit ꝯueniētia Et nota ꝙ quemadmodū annus ꝯſtituit̄ ex
q̄ttuoꝛ ꝑtib⁹ ſeu q̄ttuoꝛ tp̄ib⁹. ſ. ex vere eſtate autumno ⁊ hyeme. ita hō cō
ſtat ex q̄ttuoꝛ elemētis. ſ. ex terra aqua aere ⁊ igne.

Preco diei iam ſonat. noctis profunde peruigil nocturna lux vi
antibus. a nocte noctem ſegregans

(Preco diei). i. ioānes baptiſta. vl' p̄co diei. i. xp̄s (iā ſonat). i. nūciat di
em. i. xp̄m. p̄co dico (ꝑuigil noctis ꝓfunde). i. inferni ꝓfundi (nocturna
lux). i. iohēs q̄ añ lucē ſurrexit vt luceret hoib⁹ q̄ erāt in tenebris huiꝰ mū
di (viātib⁹). i. volētib⁹ ire ad xp̄m (ſegregās noctē a nocte). i. pctm̄ a pctō
re. q2 q̄s vult aſſumit. ⁊ q̄s vult in ſuo ſinit erroꝛe Vel ſic ꝯſtruitū (Preco)
. i. dn̄s noſter p̄miū ſuis dilectꝫ (diei). i. p̄ris (ſonat iā). i. manifeſtat euāge
licā p̄dicatōem ꝑ p̄dicatores ſuos Ip̄e xp̄o (ꝑuigil). i. cognoſcēs ſᶜ culpā
(noctꝫ ꝓfunde. nocturna lux) ſᶜ lucet (viātib⁹) i. p̄ns ecclia q̄ lucet in huiꝰ
mūdi tenebris (ſegregās). i. ſeparās (noctē). i. tenebras intellectus (a no
cte). i. ab hoie pctōre Deꝰ eīn vult oēs hoies ſaluos fieri nō ſegregās aliꝫ
quā aiam peccatricē agētē penitētiā de ꝯmiſſis pctis a grā ſua.

Hoc excitatus lucifer ſoluit polum caligine hoc omnis erroꝛum
choꝛus. viam nocendi deſerit.

¶ Cōſtr. (Lucifer). i. verꝰ p̄dicatoꝛ lucē diuine grē ferēs aliȷ̄s (excitatꝰ)
h̄ (ſᶜ p̄cone ſoluit). i. abſoluit (polū caligine). i. aiam fidelē ab oī nigredie
vicioꝝ ⁊ (oīs choꝛꝰ erroꝝ). i. exercitus maligni diaboli (deſerit). i. dimittit
(viā nocēdi). i. offendēdi Senſus eīn ē. lucifer. i. p̄dicās aliȷ̄s diuinū v̄bū
excitatꝰ h̄ p̄cone. ſ. xp̄o ſoluit aias fideles caligine. i. a pctis eoꝝ ꝯmiſſis Et
h̄ p̄cone canēte oīs deceptio diaboli vl' exercitꝰ eiꝰ. vl' (choꝛꝰ). i. ꝯuēticulꝰ
(erroꝝ). i. hereticoꝝ (deſerit viā ſuā nocēdi) id ē faciēdi aliȷ̄s nocumētum
ſeu impedimentm.

Hoc nauta vires colligit. pontiq3 freta. hoc ipſa petra eccleſie ca
nendo culpam diluit

Sicut nauta p̄ nimio doloꝛe ex maris tēpeſtate fatigatꝰ tēdit ad portū
vt ibi recolligat vires aliquātulū requieſcēs. ſic aīa fatigata ex nimio laboꝛe
vicioꝝ ⁊ pctōꝝ tēdit ad portū. i. ad xp̄m ꝑ ꝯfeſſionē. vt ibi requieſcat ⁊ vires
bone oꝑatōis recolligat Iuxta illō Math. xi. Venite ad me oēs q̄ labora
tis ⁊ onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. Conſtrue (nauta). i. nauis auctoꝛ
(colligit vires). i. v̄tutes (h̄). ſ. deo. p̄cone. i. xp̄o (q3) p2 (freta). i. ebulitio
nis vicioꝝ (pōti). i. huiꝰ mūdi (miteſcūt). i. māſueſcūt. ⁊ ip̄a petra ecclie)
id ē petrꝰ q̄ ē fundamētū ecclie (diluit). i. remouet (canēdo) id ē flendo ⁊
penitēdo (culpā) ſc3 trine negatōis, q2 ip̄e ter negauit dn̄m (h̄) ſc3 ꝑ xp̄m

Surgamus ergo ſtrennue. gallus iacentes excitat et ſomnolen
to increpat. gallus negantes arguit

Et qꝛ (gallus) id ē xp̄s vel p̄dicatoꝛ (excitat) id ē ſuſcitat ad bn̄ agēdū ſiue penitētiā admonet (iacētes) .i. in pctō ꝑmanētes (ergo) .i. ideo (ſurgamus) ſcꝫ a pctis (ſtrenue) id ē feſtināter. ⁊ gallus (increpat) id ē redarguit (ſomnolētos) id ē tardos in bonis opibꝫ. qꝛ ſicut ille q̄ dormit tardus ē ad oē opus. ſic aīa in pctis manēs. inanis efficit̄ ⁊ (gallus arguit) .i. repꝛehēdit (negātes) id ē nolētes ſurgere de peccatis.

Gallo canente ſpes redit. egris ſalus refunditur. mucro latronis conditur. fides lapſis reuertitur

(Gallo canēte) .i. p̄dicatore p̄dicāte (ſpes redit) .i. fiducia recuperādi reddit̄. ⁊ (ſalus) .i. vita eterna (refundit̄) .i. largit̄ ꝑ penitētiā (egris) id eſt pctōribꝫ (mucro latronis ꝯditur) abſcondit̄. i. inſidie diaboli q̄ vt mucro cedūt hoīes. ⁊ cruciāt eternaliter. ⁊ gallo canēte (fides reuertit̄). i. renouatur (lapſis) id eſt peccatoribꝫ

Jeſu labentes reſpice. ⁊ nos videndo corrige. ſi reſpicias lapſi cadunt fletuqꝫ culpa ſoluitur.

Et qꝛ gallo canēte ſpes redit. o (ieſu) ſaluatoꝛ mūdi (reſpice) .ſ. oculis miſericoꝛdie (labētes) ſᶜ in pctis (⁊ nos vidēdo) ſᶜ miſericoꝛdia (corrige) id ē caſtiga (ſi reſpicias) .i. miſerearis (lapſi) ſcꝫ labētes in pctis (cadunt) ſᶜ ad genua corā ſacerdote remiſſionē petētes. qꝛ (culpa) id ē pctm̄ (ſoluitur) id ē purgat̄ (fletu) id ē lachꝛymaꝝ gemitu

Tu lux refulge ſenſibus. mētiſqꝫ ſomnum diſcute. te noſtra vox primum ſonet. ⁊ oꝛe pſallamus tibi

Et qꝛ pctā cadūt. i. remittūt̄ ſi miſereris. ideo O (tu lux) .i. xp̄e q̄ es lux mūdi illuminās noſtras mētes (refulge) .ſ. ꝑ grām (ſenſibꝫ. qꝫ) ꝑ ⁊ (diſcute) .i. remoue (ſomnū mētis) id ē pctm̄ vel toꝛpoꝛē noſtrū. vt (nr̄a vox ſonet) id ē laudet (te) id ē nomē tuū (primū) id ē maxime (⁊ pſallamꝰ) id ē applaudamus (oꝛe) .ſ. voce. ⁊ coꝛde (tibi) id ē ad honoꝛē ⁊ gloꝛiā tuā.

n Octe ſurgētes vigilemus oēs ſꝑ in pſalmis meditemur. atqꝫ viribꝫ totis domino canamus dulciter hymnos

In h̄ hymno nos hoꝛtādo admonet btūs Gregꝰ. vt q̄diu in h̄ mūdo laboꝛamꝰ. ⁊ nocti. i. pctō ſubditi ſumꝰ cū oī ſtudio ꝓ exequutōne bonoꝝ operū vigilare debemꝰ. qꝛ ſi vigilia nr̄a ſoli deo intēdēdo fuerit ꝓuida. ad aures oīpotētꝫ dei ꝓculdubio ꝑueniet Materia ḡ huꝰ hymni ē laudatō noīs dei ⁊ ipi totꝫ viribꝫ decātare laudes Et cā figuralis eſt vt noſtrā vitā emēdādo ſurgamꝰ a vicijs ⁊ adhereamꝰ ꝟtutibꝫ Diſtinguamꝰ ḡ ſic O fratres nos (oēs ſurgētes nocte) .i. de pctō (vigilemꝰ) id ē deuote ꝑſeueremꝰ in laude dei (ſꝑ) .i. ſine fine (in pſalmis) .i. in bonis opibꝫ (meditemur) ſᶜ paſſiōes ſctoꝝ ⁊ xp̄i paſſionē. atqꝫ canamꝰ .i. dicamꝰ (dulciter) id ē ſuauit̄ (dn̄o) .i. ſaluatoꝛi nr̄o (hymnos) .i. laudes (totꝫ viribꝫ) .i. aīo ⁊ coꝛpe Vigi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lare eñ debem⁹ ſine fine. q2 neſcim⁹ qñ dñs veniet. an mane an ſero an me
dia nocte Nocte eñ dixit q2 de nocte venit dñs. ſ. in nubibꝫ. i. in velamine
carnis. q̄ fuit q̄ſi nox qñ incarnat⁹ in btã ꝟgine maria extitit. q2 deitas la=
tebat i carne. ꝛ iõ in nocte. i. in hac pñti vita vigilare debem⁹ ꝛ nõ tota no
cte dormire. q2 in nocte veniet dñs. vñ dr̃ Math. xxv. vigilate q2 neſcitis
diẽ neqꝫ horã. ꝛ iõ vigilem⁹ in ꝓſperis ꝛ etiã in aduerſis nõ horreamus. ſꝫ
iugit indefeſſe laborem⁹ Vñ nõ q̄ inceperit. ſꝫ q̄ ꝑſeuerauerit vſqꝫ ad finẽ
hic ſaluus erit Inchoata eñ ꝟtus nõ ꝓficit niſi ad finẽ ꝑducat

Ut pio regi pariter canẽtes cum ſuis ſanctis mereamur aulam
ingredi celi ſimul ꝛ beatam ducere vitam.

Hic cãm ſubdit q̄re hymnos canem⁹ (vt nos canẽtes). i. laudes pſol
uẽtes (pio regi) id ẽ xp̄o (pariter) ſcꝫ corpe ꝛ aĩa (mereamur ingredi aulã
celi) id ẽ regnũ eterne btitudinis (ꝛ ducere) id ẽ habere (ſimul vitã eternã)
vel (beatã) id ẽ purã vel ſanctã (cũ ſuis ſanctis) id ẽ electis.

Preſtet hoc nobis deitas beata patris ac nati pariterqꝫ ſancti
ſpiritus cuius reboat in omni gloria mundo Amen

Hic autor trinitatẽ inuocat ſupradicta petẽs fieri dicẽs (btã deitas). i.
diuina ſubſtãtia (pr̃is ac nati). i. filij (qꝫ) ꝑ ꝛ (pariter ſpũſſcti pſter) id eſt
donet (nob) oibꝫ (h̄) id ẽ ea q̄ ſupra orauim⁹ (cui⁹) s. deitatis (glĩa) id ẽ
laus (reboat) id ẽ reſonat (in oĩ mũdo) id ẽ vbiqꝫ Vñ roboare idẽ ẽ qḋ re
ſonare ſiue remugire Et dr̃ a re. ꝛ boo as are

Ecce iam noctis tenuatur vmbra. lucis aurora rutilans co
ruſcat. viribꝫ totis rogitemus omnes cunctipotentem.

¶ Materia hui⁹ hymni ẽ miſeratio xp̄i. ꝛ ꝯtinuat hymno ſuperi⁹ dicto
ſic. ꝙ ſurrexim⁹ nocte. i. pctõ ꝛ canẽdo nox deponit ꝛ ecce dies appropinq̄t
q2 ſicut ille q̄ gallo canẽte in nocturnis horis iter diſponit agere. ſic ille q̄ in
nocte hui⁹ mũdi ad celeſtia ire deſiderat gallo canẽte. i. p̄dicatore p̄dicãte
ſurgit ꝛ iter incipit ꝑ bonã opatõez Cõſtructio (Ecce vmbra). i. ignorã
tia vel obſcuritas (noctis). i. diaboli (iã tenuat) id ẽ annihilat (aurora lu
cis) id ẽ xp̄s fili⁹ dei pr̃is q̄ q̄ſi aureũ colorẽ hꝫ (rutilãs) id ẽ ſplẽdorẽ emit
tẽs (coruſcat) id ẽ ſplẽdet Et nota ꝙ ſicut aurora pellit noctẽ ſic xp̄s deui
cit diabolũ. q2 xp̄s ẽ pnceps nr̃e hũanitatꝭ (ideo oẽs rogitem⁹) id ẽ depre
cemur (totis viribꝫ) id ẽ cũ oibꝫ ꝟtutibꝫ anime ꝛ corpis (cũctipotentẽ) q̄a
oĩa in manu ſua ſunt

Ut deus noſter miſeratus omnem pellat lãguorem tribuat ſalu
tem. donet ꝛ nobis pietate patris regna polorum Amen

(Ut deus noſter miſeratus) s. noſtri ſcꝫ quia miſerendo nos redemit
(pellat) id ẽ remoueat (oẽm languorẽ) id ẽ omne pctm̃. ꝛ pellendo (tribu
at ſalutem) ſcꝫ corpis ꝛ anime. quia per dei gratiam nõ proprijs meritis
ſalus datur (ꝛ donet nobis) id eſt ꝯcordat (regna polorum) id ẽ patriam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

celeſtē (pietate patris).i.ꝑpius miſericordia Amen

i Am lucis orto ſydere deum precemur ſupplices vt in diur
nis actibus nos ſeruet a nocentibꝫ

¶ Materia hymni eſt depcatio ad dñm (vt orto ſydere).i.xp̄o digneť nos ſegregare a vicijs pctōꝝ.ꝛ nos inducēdo ꝟtutibꝫ repellat ſupbiā. ꝛ nos faciat hūiles (ꝛ qm̄ vmbra noctꝭ).i.pctm̄ receſſit a nobis (iō lux ꝟa) id ē xp̄s iā habitat in cordibꝫ nr̄is Uel ſic (ſydere iā orto).i.xp̄o nato qui refulſit in mūdo ſicut ſol.qꝛ ē ſol iuſticie ꝛ ſuo ſanguine eripuit nos de tenebris ꝛ vmbra mortis.i.pctō (nos ſupplices).i.humiles (p̄cemur deū) id ē valde oremꝰ apud deū (vt ſeruet nos a nocentibꝫ).i.cuſtodiat.ꝛ ꝓtegat nos a pctis.ꝛ ab oībꝫ aduerſis (i diurnis actibꝫ).i.aſſiduis bonis opibꝫ

Linguam refrenans temperet.ne litis horror inſonet viſum fo
uendo protegat.ne vanitates hauriat

¶ Dico vt nos obſeruet a nocētibꝫ gr̄a xp̄i (refrenās).i.ꝯpeſcēs (linguā tēperet).i.modereť linguā (ne horror litis).i.ꝯtētio vel ſeditio diaboli (inſonet).i.interiꝰ in corde ſonet.ꝛ (ꝓtegat).i.cuſtodiat (viſum fouēdo) ꝛ q̄re (ne hauriat vanitates).i.ne videamꝰ ea q̄ nō ſunt vidēda.ꝛ nō ſolū viſus oculoꝝ ſit mūdatꝰ.ſꝫ etiā cor.vt pigri ꝛ ſenes gaudiū vanitatis nō q̄ramus.i.in delectatōibꝫ.ꝛ ꝯcupiſcētijs nō gaudeamꝰ Uñ ait dñs Nō mihi pñt viuere q̄ nō ſunt mortui mūdo Et dr̄ ſcd̄a Corinth.vi. Nō ē cōuētio xp̄i ad belial.diabolꝰ em̄ ꝛ xp̄s nō bñ ꝯueniūt nec in vna ſede morantur Et ait dñs Math.vi. Nemo pt̄ duobꝫ dñis ſeruire.ſ.deo ꝛ mām̄one id ē pecunie male acq̄ſite ꝛ diuitijs Et nota ꝙ inter amorē dei ꝛ huiꝰ mundi hec eſt drña.qꝛ amor huiꝰ mūdi in ꝑncipio dulcis eē videť.ſꝫ finē habet amaꝝ ꝛ facit ciuitatē babilonis Amor dei ab amaritudine incipit.ſꝫ vltima eiꝰ dulcedine plena ſunt.hec eſt ſalutaris māſio ſcꝫ deꝰ ꝛ facit ciuitatē ſempiterne hierl'm Hec em̄ ſunt tabernacula iuſtoꝝ in q̄bꝫ vox leticie ꝛ exultatōis ſonat ſp̄.vbi bti habitabūt.ſ.in ip̄o cuiꝰ decorē ꝓpheta ꝯcupiuit. cuiꝰ habitatiōem optauit.cuiꝰ deſideriū flagrauit

Sint pura cordis intima.abſiſtat ꝛ vecordia.carnis terat ſuper
biam potus cibiqꝫ parcitas.

(Intima cordis ſint pura).i.mūda a mala cogitatōe (ꝛ vecordia) id ē ſtulticia q̄ facit hoīem vecordē eſſe (abſiſtat).i.abſit a nobis ꝓcul (qꝫ) ꝑ et (parcitas).i.abſtinentia (cibi ꝛ potus terat).i.depmat (ſupbiā carnis).i.pctm̄.ꝛ ſtimulos eiꝰ.qꝛ niſi habeamꝰ parcitatē cibi ꝛ potꝰ oīa ſupradicta in ꝯtrariū nobꝫ eueniret.nec poterimꝰ refrenare linguā nr̄am.nec nr̄a intima erūt pura.ſꝫ ſordida.ꝛ error i ea ſociabiť.ꝛ ſic ꝑ cetera nō ſaluabimur

Ut cum dies abſceſſerit noctemqꝫ ſors reduxerit.mundi ꝑ abſti
nentiam ipſi canamus gloriam.

(Ut cū dies abſceſſerit) .i. chriſtus receſſerit a nobis (ꝗ).ꝑ et (ſors) id ē diuina diſpēſatio (reduxerit noctē).i.mortē Uel ſm aliqs ſol ꝑ ſuam abſentiā (reduxerit noctē) .i.pctm̄.qꝛ dies nihil aliud ē ꝙ̄ illuminatio ſol ꝑ aerē. vl' aer a ſole ꝑcuſſus.nos (ꝑ abſtinētiā) vitioꝝ (mūdi) .i.mūdati vl' purificati (canam⁹) .i.dicam⁹ (gloriā).ſ.ſempiternā (ipi) ſupple chriſto

Deo patri ſit gloria eiuſqꝫ ſoli filio cum ſpiritu paraclito. ⁊ nūc et imperpetuum Amen.

¶ Referamus glīam deo ⁊ hoc de iure.qꝛ tot ⁊ tanta ꝯtulit nobis.qꝛ morte ſua liberauit nos.⁊ ad vltimū nos i filios adoptauit (glīa).i.laus (ſit deo patri.qꝫ)ꝑ et (ſoli filio ei⁹).ſ.ieſu xp̄o.⁊ hꝫ (cū ſpū paraclito).i.cōſolatoꝛ. Spūſſanctus em̄ ꝯſolatoꝛ dꝛ.i.aduocat⁹ ꝑmus.iō q̄a diſcipuloꝝ cor da q̄ fuerunt meſta de morte chriſti reddidit ꝯſolatōni (⁊ nūc) .i.in p̄ſenti (⁊ imꝑpetuū) id eſt ſine fine Amen.

n Unc ſancte nobis ſpiritus vnum patri cum filio dignare promptus ingeri noſtro ꝓfuſus pectoꝛi.

¶ Materia huius hymni eſt dep̄catio ſancti ſpūs vt digneť in pectora noſtra deſcēdere. quā.ſ. dep̄catōem facimus in hora tercia. In hora em̄ tercia peccauit adam ꝓtoplaſtus in paradyſo . ꝓpter qđ pctm̄ inde eiectus ē. iō facim⁹ hāc oꝛōem. vt ſicut adā ꝑ ſuggeſtionē diaboli ſupatus ē ita ꝑ eius correctōem noſtro pectoꝛi ingeri digneť ſpūſſanctus. ⁊ ſicut inflāmauit apl'os de ſpūſancto in hora tercia . ſic digneť etiā ingeri cordib⁹ noſtris vl' infundi. vt mereamur vere deū laudare. ⁊ hē qđ dꝛ. O tu (ſctē ſpūs) s^c exiſtens (vnū).i.idē in eſſentia (patri) ſcꝫ deo (cum filio).i.ieſu xp̄o (dignare promptus).i.paratus vl' benign⁹ (ingeri).i.infundi vl' immitti (nobis) s^c hoibus (nunc).i.in p̄ſenti tp̄e. ⁊ hoc dico s^c tu ſancte ſpiritus exiſtens (ꝓfuſus noſtro pectoꝛi).i.infundas nobis ſpm̄ſanctū. vt ſimus repleti ſpūſancto ⁊ ꝯſequamur remiſſionē petoꝝ ꝑ eū q̄ eſt vnū cum patre ⁊ filio in eſſentia vel in poteſtate. Unū em̄ cū dꝛ ꝑ quandā eſſentiā triū ꝑſonarum.vnum em̄ ꝑtinet ad ſubſtantiā nō ad ꝑſonam ⁊ hoc ē qđ dicitur vnum patri cum filio

Os lingua mens ſenſus vigoꝛ confeſſionem ꝑſonet. flameſcat igne charitas. accendat ardoꝛ proximus

¶ Os ⁊ lingua pertinent ad coꝛpus.mens vero ad animaꝫ. ⁊ ſenſus ad vtrumqꝫ pertinet.⁊ ſimiliter eodeꝫ modo ſpiritusſanctus pertinet ad vtrūqꝫ.ſcꝫ ad patrem ⁊ filium.quia procedit ab vtroqꝫ.⁊ tamē non ſunt tres dij.ſed vnus eſt deus ſm Athanaſium in ſymbolo

¶ Et nota ꝙ in ſole tria ſunt.ſcꝫ ſphera. claritas ⁊ caloꝛ ipſius . Sicut em̄ ſphera ſolis naturaliter ſplendens eſt ⁊ calens . ſic ſummus pater naturaľr ſapiens ⁊ amans eſt. Et ſicut ſphera ſolis ⁊ ſplendoꝛ ⁊ caloꝛ nō ſunt tres ſoles ſed vnus ſol.ſic ſummus pater ſapientia ⁊ amoꝛ eius non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſunt tres dij.ſꝫ vnꝰ ē deus In ſphera ſolis ignea patrē itelligere debemus in ſplēdore filiū.in calore ſpm̄ſctm̄ Cōſtrue(O os lingua).i.corpus (et mens).i.aīa(ſenſus).i.vtrūqꝫ.ſ.tā corpꝰ q̄ꝫ aīa(vigor).i.ꝟtus (ꝓſonet) id ē credat vl' ꝯfiteat(ꝯfeſſionē).i.trinitatē.ſ.patrē ⁊ filium ⁊ ſpm̄ſctm̄ eē vnū deū(charitas)ſcꝫ dei ⁊ ꝓximi(flāmeſcat).i.ardeat in nobis (igne) id eſt ſpūſctō(ardor)ſcꝫ ſue charitatis (accēdat).i.illuminet ſpūali amore(ꝓximos).i.amorē dei deſiderantes

r Ector potens verax deus qui temperans rerum vices ſplendore mare inſtruis et ignibus meridiem

¶ Materia huiꝰ hymni ſumit̉ ꝯtra q̄litatēs aeris ex h̄.ſ.ꝙ maximus calor ſolet eē aliq̄n in meridie ⁊ q̄nqꝫ ſolet nocere corpi.vn̄ deū rogare debemus vt in nob̄ extinguat flāmas viciorꝝ nr̄orꝝ.⁊ tribuat nob̄ ſuā charitatē in cordibꝫ nr̄is.⁊ nō ſolū in hora tercia deū rogare debemꝰ.ſꝫ in ſexta hora in q̄ adā eiectꝰ fuit de paradyſo ꝑ ſupbiā ſuā. vt vn̄ ꝑ trāſgreſſionē mādati fuit eiectꝰ.illuc redeamꝰ ꝑ bonā oparōem xp̄o annuēte.q̄ eadē hora i cruce poſitꝰ fuit mortē ꝑ nob̄ paſſus.⁊ h̄ innuit Grego.cū dr̄ (O tu rector) id ē o deꝰ q̄ regꝭ oīa(potēs).i.q̄ potes oīa facere q̄ velis. qꝛ in eo oīs poteſtas ⁊ fortitudo (verax deꝰ) q̄ nūq̄ꝫ mētiris. qꝛ tu ipē veritas ⁊ verax es in ꝟbis ⁊ ꝓmiſſis tuis q̄ nūqꝫ fallūt(q̄ tēperas).i.moderaris(vices reꝝ) id ē viciſſitudies.⁊ tu(inſtruis).i.decoras(mane).i.hoīes icipiētes bona opa facere(ſplēdore ſol').i.lumie xp̄i q̄ ē verꝰ ſol iuſticie (⁊ iſtruis meridiē).i.hoīes q̄ in bonis opibꝫ ꝑſeuerāt(ignibꝫ).i.charitate inflāmata.

Extingue flāmas litium.aufer calorem noxium. confer ſalutem corporum.veramqꝫ pacem cordium

(Extingue).i.remoue(flāmas).i.calores ⁊ eſtuatōes (litiū).i.mūdanaꝝ tentationū.vl'(Extingue flammas).i.mortifica in nob̄ ardores(litium).i.libidinis ⁊ ꝯcupiſcētie.vl'(litiū).i.odioꝝ ⁊ diſcordiaꝝ(aufer calorē noxiū).i.remoue i nob̄ amorē ⁊ appetitū noxiaꝝ reꝝ.⁊(ꝯfer).i.dona nob̄ ſalutē corpoꝝ(qꝫ)pꝛ ꝯfer(verā pacē).i.ſecurā trāq̄llitatē(cordiū).i.aīaꝝ

r Erum deus tenax vigor immotus in te ꝑmanens lucis diurne tempora ſucceſſibus determinans

¶ Materia huiꝰ hymni ē.ꝙ nō ſolū in hora ſexta depcandꝰ ⁊ laudandꝰ ſit deus.ſꝫ etiā in nona hora.in q̄ xp̄s poſtq̄ꝫ aīam ſuā patri ꝯmēdauerat ſpm̄ emittēs migrauit de h̄ mūdo.vt poſſimus tranſire de vicijs ad ꝟtutes ⁊ bonas opatōes (O deꝰ tenax) a teneo es ere.q̄ creando oīa tenes ſub poteſtate tua ⁊ pietate(vigor).i.virtus(reꝝ ꝑmanēs in te imotꝰ).i.nō variabilis.qꝛ nūq̄ꝫ in ſeipo mouet̉(determinās).i.diuidens (tp̄a lucis diurne).i.q̄tidiane(ſucceſſibꝫ).i.q̄buſlibet diſtinctōnibus

Largire clarum veſpere quo vita nuſq̄ꝫ decidat. ſed premiū mortis ſacre perennis inſtet gloria. Preſta pater ꝛc̄.

Et q2 h̄ facis (largire). i. ꝯcede (claꝝ veſpe). i. finē nr̄e vite ꝛ exitū (q̄) id ē vt (nr̄a vita nuſq̄ꝫ decidat). i. nō cadat in aliq̄ graui pctō (ſed pennis glīa). ſ. etn̄a. ꝛ (p̄miū morts ſacre inſtet) nob̄ ꝑ remiſſionē pctōꝝ nr̄oꝝ

l Ucis creator optime lucem dierum proferēs primordijs lucis noue mundi parans originem.

¶ Materia huius hymni ē inuocatio quā facit btūs Grego. ad dn̄m vt ſic p̄cepit mane iūctū veſpi vocari diē. ita exaudiat p̄ces nr̄as. ꝛ ꝯmēdat diē dn̄icū ꝑ opus qđ in eo factū ē. ꝛ in eodē die fecit lucē q̄ cauſat diē. ꝛ idcirco dixiſti. fiat lux ꝛ facta eſt lux. O (optime creator lucis). i. filij tui vel angeloꝝ (pferēs). i. tribuēs (lucē). i. filiū tuū (dieꝝ). i. aploꝝ tuoꝝ q̄ dies vocant (parās originē) ſcꝫ qn̄ dixiſti fiat lux. i. initiū (noue lucis p̄mordis mūdi). i. aplis q̄ lux interp̄tant. Un̄ dr̄ Uos eſtis lux mūdi in iſta vita illuſtrātes oīa. vos eſtis ſal terre ꝯdientes morū ꝑpantiam. ipi em̄ apli paſtores ſunt ꝑploꝝ oīa ꝯſeruantes.

Qui mane iunctum veſperi diem vocari p̄cipis tetrum chaos illabitur. audi preces cum fletibus.

Et (q̄ p̄cipis mane iūctū veſpi vocari diē). i. diē ꝛ noctē q̄ ē dies natural. vn̄ dr̄ Gene. p̄mo Factū ē veſpe ꝛ mane dies vn⁹ Uel alit. Tu q̄ (p̄cipis mane iūctū veſpi vocari diē). i. deitatē iniunctā carni nr̄e q̄ obſcura eſt. vl (veſpeꝝ vocari diē). i. xp̄m q̄ ē verus dies (tetrū chaos). i. nox ꝛ pctm̄ ꝛ obſcuritas vitioꝝ (illabit). i. cadit in nos. ꝛ ideo (audi p̄ces) noſtras (cū fletibus). i. cum deſiderijs lachrymarum

Ne mens grauata crimine. vite ſit exul munere dum nil perenne cogitat. ſeſeq̄ꝫ culpis illigat

Dico audi p̄ces nr̄as. ꝛ q̄re (ne mens). i. aīa nr̄a (ſit ḡuata). i. ponderata (crimine). i. pctō vitioꝝ (ſit exul). i. p̄uata (munere). i. dono eterne btitudinis (vite). i. xp̄i q̄ ē vera vita oīm hoīm (dū nil ꝑenne cogitat). i. ꝑpetuum (q̄ꝫ) ꝑ et (illigat). i. illaqueat (ſeſe culpis). i. pctis vitioꝝ

Celorum pulſet intimum. vitale tollat premium. vitemus om̄e noxiū. purgemus omne peſſimū. Preſta pater pij̄ſſime ꝛc̄.

¶ Hic ſubdit cām q̄re pctā vitabim⁹ dicēs (vitem⁹ oē noxiū). i. oē pctm̄ ꝯtū ad corp⁹ (ꝛ purgem⁹). i. ꝑ examinatōem ꝯſcie emūdem⁹ (om̄e peſſimū). i. oē pctm̄ ꝯtū ad aīam (vt mens). i. aīa (pulſet). i. attingat (intimū celoꝝ). i. xp̄m (ꝛ tollat). i. ſuſcipiat (vitale p̄miū). i. eternā btitudinē

Te lucis ante terminum rerum creator poſcimus. vt ſolita clementia ſis preſul ad cuſtodiam.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt deū dep̄cari in inceptōe noctis vt ſicut dep̄camur deū in inceptōe diei. vꝫ ſcꝫ cuſtodiat nos ꝑ totā dié. ita in inceptōe noctis vt nos cuſtodiat ꝑ totā nocté deū dep̄camur O (rex creatoꝛ poſcimus).i.petimꝰ (te añ terminū lucis).i.añ̄ꝫ de mūdo exeamꝰ vł añ̄ꝫ dies recedat. vt (ſis p̄ſul).i.ſpeculatoꝛ vel cuſtos (ad cuſtodiā).i. ad cuſtodiendū aiam (ſoluta clemētia).i.aſſidua miſericoꝛdia

Procul recedant ſomnia. ⁊ noxium phantaſmata. hoſtemq́ noſtrum compꝛime ne polluantur coꝛpoꝛa.

Dico ſis p̄ſul ad cuſtodiā vt (ſomnia recedāt ꝓcul).i.longe ſint a nob̄ remote illuſiones demonū. ⁊ pꝛaue delectatōnes carnis. ⁊ (phātaſmata) id ē occulte deceptōes vł ſuggeſtiones (noctiū).i.malignoꝝ ſpirituū. Nox diuidit̄ī ſex p̄tes. ſ. ſero ſiue veſpeꝝ. ꝯticiniū. intēpeſtū. gallicíniū. crepuſculum. mane. Sero ē qñ nox iminet. Cōticiniū ē hoꝛa qñ hoíes cubitū pergunt. Intēpeſtū ē. qñ hoíes nihil opant̄. Gallicíniū ē. qñ galli emittūt voces. Crepuſculū ē. qñ dubiū ē inter dié ⁊ nocté. Mane ē. qñ auroꝛa appareret (q̄ꝫ) ꝑ et (cōpꝛime noſtꝝ hoſtē).i.diabolū vel carné noſtrā (ne coꝛpoꝛa noſtra polluant̄) ſcꝫ a malo aliquo vel coꝛꝑali pollutione.

Chriſte qui lux es et dies noctis tenebras detegis. luciſq́ lumen crederis lumen beatum predicans.

Materia huiꝰ hymni ē. q̄ꝫ dep̄cari debemꝰ deū vt det nob̄ q̄etā nocté. et vt defendat nos a ꝑfido hoſte. ⁊ oculi ſic ſomnū capiāt q̄ꝫ coꝛ ſꝑ ad deū vigilet. ⁊ h̄ ē qđ dr̄. O (xp̄e q̄ es lux) angeloꝝ ⁊ illuminatoꝛ oīm ſanctoꝝ. Vñ ip̄e dixit. Ego ſum lux mūdi (⁊ dies).i.q̄ illuminas oēm diem ⁊ paras oēm lucē Nota q̄ꝫ ſicut pr̄ ē lux. ⁊ filiꝰ ē lux. ita ſpūſſctūs ē lux. nō tñ tres luces. ſꝫ pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſctūs vna ⁊ inſeꝑabilis ē lux. ſicut in hac dictōe lux ſunt tres lr̄e ⁊ vnus ſonus. cui ad ſignatōem ip̄ius ſenſus aliꝰ q̄d addi vł minui nō p̄t. nō eīm deꝰ tres luces ē. q̄ꝛ ſi eēnt diuerſe eſſentie vna lux nō eēt. q̄ꝛ quicq̄d coꝛꝑaliter diuidi non p̄t in illa ſuba q̄ diuiſionē nō patit̄ nō p̄t dici. ⁊ (detegis).i.aperis vel manifeſtas (tenebras).i.verſutias (noctis).i.diaboli. ⁊ (crederis lumē lucis).i.patris. ſuppletu (p̄dicans).i.ꝑmittens ap̄lis (btm̄ lumē).i.ſpm̄ ſanctū

Precamur ſancte domine defende nos in hac nocte. ſit nobis in te requies. quietam noctem tribue

O (ſancte dn̄e dep̄camur).i.rogamꝰ (defende nos) a vitijs ⁊ ab inſidiatoꝛib; nr̄is. ſ. demonib;. q̄ tanq̄ꝫ leones rugientes circueūt q̄rentes quem deuoꝛēt (in hac nocte).i.in p̄ſenti vita. ⁊ (reqes ſit nob̄ in te).i.vt q̄eſcamꝰ tecū in celeſti patria. ⁊ (tribue).i.ꝯcede (q̄etā noctē).i.tranquillam.

Ne grauis ſomnus irruat. nec hoſtis nos ſurripiat. nec caro illi

conſentiat nos tibi reos ſtatuat.

(Ne grauis ſomnus).i.ne graue pctm̃ vel delectatio pcti (irruat) id ẽ opprimat nos (nec hoſtis).i.diabolus (ſurripiat nos).i.fraudulẽter deci piat (nec caro) noſtra (ↄſentiat illi).ſ.diabolo in pctis (ſtatuat nos reos tibi).i.culpabiles ⁊ peccatores

Oculi ſomnum capiant. cor ad te ſemper vigilet. dextera tua pro tegat famulos qui te diligunt

Quãuis dico ꝙ grauis ſomnus nõ irruat. tñ nõ dico ꝙ oculi ſomnum nõ capiãt. immo aliquãtulũ capiãt. ⁊ hoc ẽ qd̃ dr̃. (Oculi ſomnũ capiãt) ſcꝫ moderate (⁊ cor).i.mens noſtra (vigilet ſp̱ ad te. ⁊ dextera tua).i.miſe ricordia tua (ꝓtegat famulos tuos q̃ te diligũt).

Defenſor noſter aſpice. inſidiantes reprime. guberna tuos famu los quos ſanguine mercatus es

O (defenſor noſter aſpice) ſcꝫ nos. ⁊ (reprime inſidiãtes).i.demones q̃ ſp̱ inſidiant̃ nobis. ⁊ nos id petimus vt de⁹ eos repmat ⁊ reſtringat ne tm̃ nocere valeãt ꝗtũ volũt Et notãdũ ẽ ꝙ maligni ſpũs tres habẽt habita tões.ſ.in inferno. in terra. ⁊ in mari. Illi q̃ in terra manent diuidunt̃ in du as partes. ⁊ vocant̃ larue ⁊ larues. lerue in nocte ledũt ⁊ lerues in die (gu berna tuos famulos quos mercatus es).i.redemiſti (ſanguine).ſ.tuo Et dr̃ ap̄ſ Empti eſtis precio magno

Memento noſtri domine in graui iſto corpore. qui es defenſor anime adeſto nobis domine.

Et q̄ redempti ſumus ſanguine xp̄i ieſu. ideo debemus volũtati eius ſatiſfacere. ⁊ p̄ceptis ſuis ꝓ ſalute noſtra noſmetip̄os onerare ⁊ iugiter ap plicare. vñ Dauid Preceptũ dñi lucidũ illuminãs oculos O (dñe meme to noſtri in iſto graui corp̄e) ſcꝫ corruptibili. o (dñe qui es defenſor anime adeſto nobis) ad defenſionẽ noſtram

Deo patri ſit gl'ia eiuſqꝫ ſoli filio cũ ſpũ paclito ⁊ nũc ⁊ in ꝑpetuũ

S Omno refectis artubus ſpreto cubili ſurgamus nobis pa ter canẽtib⁹ adeſſe te depoſcimus.

¶ Materia hui⁹ hymni ẽ ꝙ debem⁹ ſurgere de lecto.i.de pctõ. ⁊ dep̄ca ri deũ vt dimittat nobis pctã.ſ.p̄ſentia p̄terita ⁊ futura. cũ facimus inuo cationẽ ad deũ patrẽ. ſic debemus dicere O de⁹ pater (artub⁹).i.mẽbris (refectis).i.recreatis (ſomno).i.ſenſib⁹ noſtris repletis mũdana delecta tõe (ſurgamus ſpreto cubili).i.ip̄a delectatõe. q̄ poſtq̄ꝫ fuerint mẽbra no ſtra refocillata ſomno. ⁊ repara ꝟtute delectatões immũdas debem⁹ ſper nere. ⁊ ad dei ſeruitiũ feſtinare. ⁊ tũc de⁹ aderit nobis (depoſcimus).i.de p̄camur (te adeſſe).ſ.p̄ſentẽ eẽ (nobis canẽtib⁹).i.laudãtib⁹.

Te lingua primũ cõcinet. te mẽtis ardor ambiat. vt actuũ ſequẽ tium tu ſancte ſis exordium



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Expoſitio hymnorū

Et ideo nō ſolū corde. ſ; etiā lingua te deꝑcamur o dn̄e (lingua) sᶜ nr̄a
(ꝯcinat). i. laudet (te) sᶜ patrē (ꝑmū). i. maxime ſuꝑ oīa (ardor). i. amor
(mētis) noſtre (ambiat). i. deſideret te (vt tu ſancte) sᶜ pater (ſis exordiū
id ē ꝑncipiū (actuū ſequētiū) id eſt opeꝝ. vt omnis noſtra actio a te incipi
at ſemꝑ. ⁊ ꝑ te incepta finiatur

Cedant tenebre lumini ⁊ nox diurno ſyderi. vt culpa quā nobis
intulit lucis labeſcat munere

Cōſtrue (Tenebre). i. vicia vel pctā (cedāt). i. locū dent (lumini) id ē
chriſto (⁊ nox). i. ſordes pctōꝝ. sᶜ cedat (diurno ſyderi) ſc; xp̄o (vt culpa)
id ē peccatū (quā) sᶜ culpam (intulit nobis). ſ. diabolus (labeſcat). i. eua
neſcat (munere). i. grā vel dono (lucis). i. xp̄i vel ſpūſſancti.

Precamur idem ſupplices. noxas vt om̄es amputes ⁊ ore te ca
nentium lauderis in ꝑpetuum

Cōſtrue Nos (ſupplices). i. humiles (ꝑcamur idem). i. illud. ⁊ ad q̄d
(vt amputes). i. auferas (oēs noxas). i. oia pctā. ⁊ vicia (⁊ lauderis in ꝑ
petuū ore canētiū te) id ē laudātium.

S Plendor paterne glorie de luce lucem proferens. lux lucis
et fons luminis dies diem illuminās

¶ Materia hui⁹ hymni ē patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſctī credulitas. ⁊ ꝙ tm̄ pa
ter ſit in filio. ⁊ fili⁹ in pr̄e. ⁊ ſpūſſctūs ꝓcedēs ab vtroq; Et ꝑ iſtā creduli
tatē rogam⁹ ip̄m. vt ꝯfirmet. i. ꝯcedat nobis gratiā. ⁊ vt ſit nobis cib⁹ et
potus in celeſti patria O xp̄e q̄ es (ſplēdor paterne gl̄ie). i. patris tui cele
ſtis. q: xp̄s ꝑ patrē ſuū glorificat᷑ (ꝓferēs lucē). i. ſpm̄ſctm̄ (de luce) id ē de
patre. vel ꝓferēs. i. manifeſtās (lucē). i. te ip̄m eternā lucē venictem in hūc
mundū de luce paterna. (O lux). i. filius (lucis). i. patris. ⁊ fons ⁊ origo
luminis vel ſpirituſſancti. sᶜ tu es (dies illuminans diem). i. illos quos
ꝑdicatione apoſtoloꝝ vis illuminari

Veruſq; ſol illabere micās nitore ꝑpeti. iubarq; ſanctiſpiritus
infunde noſtris ſenſibus.

Et tu o xp̄e q̄ es (verus ſol illabere). i. deſcēde (micans). i. fulgens (ni
tore ꝑpeti). i. ꝑpetuo lumine ꝟtutū (⁊ infunde). i. immitte (iubar). i. ſplen
dorē (ſpūſſancti noſtris ſenſib⁹). i. noſtris mētib⁹.

Votis vocemus te patrem ꝑennis glorie. patremq; potentis
gratie. culpam vt releget lubricam.

Et nō ſolū dicimus te filiū. ſ; (vocemus). i. cognoſcim⁹ (te patrē peren
nis glorie). i. ꝑpetue q: infinita erit (votis). i. ꝓmiſſionib⁹) q; ) ꝓ ⁊ (patrē
potētis gratie vt releget). i. expellat vl̄ mittat in exiliū (culpā lubricā) id ē
libidinē. q̄ facit hoiem cito labi de bono in malum

Informe actus ſtrennuos. dentem retundet inuidi. caſus fecum

det aſperos. donet gerendi gratiam.

Dixi vt inuocemus vt pater (informet). i. cōponat (actus ſtrēuos) id ē honeſtos. ſ. bonas opatōes ꝯtra diaboli tētamēta. ⁊ (retūdet). i. frangat (dentē). i. fortitudinē (liuidi). i. diaboli. qꝛ quēadmodū aliqs mordet eſcā. ita diabolus mordet. ⁊ ſeducit xp̄ianos inſtigando eos ad mala opa ⁊ (fecūdet). i. faciat proſperos (caſus noſtros aſperos) ſcꝫ caſtigādo nos ſepiſſime faciat fecūdare. ſꝫ xp̄s (donet) nobis (gratiā gerēdi). i. patiendi eoſdē caſus aſperos ⁊ aduerſos.

Mentem gubernet ⁊ regat. caſto fideli corpore. fides calore ferueat. fraudis venena neſciat

Modo ꝯuertit ſe ad fideles. quaſi diceret merito filiꝰ dei infundit nobis iubar ſanctiſpūs. qꝛ ille multū vtilis eſt nobis vt gubernet). i. regat et diſponat (mentē). i. aīam noſtrā eā caſtā ꝯſeruando ⁊ in fide catholica (fideli corpe). ſ. ſancte eccl̄ie vt (fides noſtra ferueat). i. ardeat (calore) ſcꝫ charitatis vel amore ſpūſſancti. ⁊ (neſciat). i. ignoret (venena). i. hereſes (fraudis) id eſt maligni ſpiritus

Chriſtuſqꝫ ſit nobis cibus. potuſqꝫ noſter ſit fides. leti bibamus ſobriam ebrietatem ſpiritus

¶ Hic oñdit qs erit aīe cibꝫ dicēs ꝙ xp̄s ſit nob̄ cibꝫ. i. p̄dicatio dei q̄ ſatiat nos in charitate ⁊ in dilectōe ꝓximi. vt cibꝫ ſatiat corpꝰ. ⁊ hac ita comeſtione. i. p̄dicatōe habeamꝰ potū. i. fidē. qꝛ fides ē charitas p̄dicatōis

¶ Cōſtrue (qꝫ), pꝛ (xp̄s ſit nob̄ cibꝫ) celeſtis (⁊ fides) ſcꝫ catholica (ſit noſter potꝰ. leti). i. alacres vel hilares (bibamꝰ ſobriā ebrietatē ſpūs). i. infuſionē ſpūſſcti. vt nos ſeruet a pctō Ebrietas eñ ſpiritus ē ſobria. i. modeſta. ⁊ tēperata. qꝛ hoīes inflāmat amore dei ⁊ reſeruat ab amore pcti. qꝛ ſicut ille q̄ ebrius eſt vino oīa tradit obliuioni nec recordaꝛ quicq̄. ſic q̄ plenus ē ſpūſſctō vel grā ſpūſſcti oīa mūdana obliuiſciꝛ.

Letus dies hic tranſeat. pudor ſit vt diluculū. fides velut meridies. crepuſculū mens neſciat

(Hec dies). i. p̄ſens vita (letus trāſeat). i. termineꝛ. qꝛ letus dies. ſcꝫ xp̄s veniet ad nos. ⁊ (pudor). i. caſtitas ſeu verecūdia (ſit vt diluculū). i. vt aurora luceat (fides ſit velut meridies). i. ferueat amore ſpūſſcti. qꝛ meridies feruet. ⁊ (mens neſciat crepuſculū). i. pctm̄ ignoret. qꝛ crepuſculū ē lux dubia. ſ. hora q̄ eſt inter diē ⁊ noctem.

Amor curſus prouehit. aurora totus prodeat. in patre totus filius. ⁊ totus in verbo pater

(Amor). i. pater (prouehit curſus). i. ducit filiū ſuum ad iſta inferiora (aurora ꝓdeat). i. manifeſtat (totus) ſcꝫ ſubſtātia deitatis. qꝛ (filiꝰ) ſc in ſubſtātia deitatis (totus eſt in patre. ⁊ pater totus eſt in verbo). i. in filio qꝛ totus vnus eſt deus.

i Mmenſe celi cōditor. q̄ mixta ne cōfunderet. aque fluēta
diuidens celum dediſti limitem

¶ Materia hui⁹ hymni ē vt oēs hoies diuidāt ſe a malis opib⁹ ⁊ ad
hereāt bonis. qꝛ queādmodū xp̄s aq̄s ab aq̄s in ſcd̄a feria ſepauit. ⁊ ptē
in terra relinquēdo. ⁊ ptē in celo attrahēdo ꝓpter nimietatē aq̄ ⁊ h̄ id̄ qꝛ ter
ra ꝯfuſa erat. ⁊ vt calor ſolis diſſiparet res mūdanas. ita intēdit diuidere
mētes nr̄as a malis opib⁹ Sꝫ q̄rit̄ cur ptē attulit ad celū Dicit̄ ꝙ ꝓpter
elemētū ignis. qꝛ niſi autor nature interpoſuiſſet aliqd̄ elemētū. terra non
ita leuit̄ poſſet inhabitari Et ſi q̄rat̄ q̄liter aq̄ manēt ſup ignē. dr̄ btūs Au
guſti. ꝙ fortitudo ignis aquā coagulat ⁊ coartat ⁊c. Itē q̄rit̄. ſi celū mobi
le eſt rotundū. q̄uō aque manēt ſurſum Ambroſi⁹ dat de h̄ exēplū. quia
multa corpa exterius ſunt rotūda q̄ interi⁹ ſunt q̄drata. ⁊ ſic forte pt eē ce
lū. Celeſtes nāqꝫ nature ignee ſunt. vn̄ ſpiritus dr̄ purus ether qꝛ rogus.
id eſt ignis. niſi eīm vnda ſuperior ⁊ inferior tparet totā terram incēderet ⁊
ruptam in puluerem diſſiparet ⁊c.

¶ Cōſtrue O chriſte (ꝯditor celi immēſe). i. ſine mēſura. ⁊ o xp̄e s͛ q̄ es
(diuidēs). i. diſtinguēs (fluēta aque). i. aquaꝝ curſus (ne ꝯfunderet) id ē
deſtrueret (mixta). i. ꝯpoſita (dediſti). i. ꝯſtituiſti (celū limitē). i. terminū
inter aquas ſuperiores ⁊ inferiores.

Firmans locū celeſtib⁹ ſimulqꝫ terre riuulis. vt vnda flammas tē
peret. terre ſolum ne diſſipent

Supple tu es (firmās locū). ſ. inter aquas celeſtes ⁊ īter aq̄s terreſtres
(celeſtib⁹). ſ. angelis (qꝫ). p ⁊ (ſimul riuulis terre). i. fluminib⁹ ſubito cur
rētib⁹ (vt vnda). i. aq̄ (tēperet). i. moderet (flāmas). i. ignē firmamēti (ne
flāme diſſipēt ſolū terre). i. ſoliditatē terre.

Infunde nunc piiſſime donū perennis gratie. fraudis noue ne ca
ſibus nos error atterat vetus.

O tu (piiſſime) s͛ ꝯditor (infunde nūc). i. in p̄ſenti vita (donū peren
nis gratie). i. ſpūſſcti (ne error) ſcꝫ idolatrie vel originale pcm̄ (vet⁹). i. an
tiquū (atterat). i. ꝯterat (nos caſib⁹ noue fraudis). i. hereſis vel diaboli.

Lucē fides inueniat ſic luminis iubar ferat. hec vana cūcta terre
at: hanc falſa nulla comprimant

(Fides) noſtra (inueniat ſic lucē) ſcꝫ tuā. ⁊ (ferat iubar). i. ſplēdorem
ſpūſſcti (luminis). i. xp̄i ⁊ (hec). ſ. fides (terreat). i. pterreat (cūcta vana). i.
cunctā prauitatē hereticā (nulla falſa). i. heretica figmēta (cōprimāt) id ē
deprimāt (hanc) ſcꝫ fidem.

Onſors paterni luminis. lux ipſe lucis. ⁊ dies noctē canen
do rumpimus. aſſiſte poſtulantib⁹

¶ Materia hui⁹ hymni ē ſurrectio noctis. q͛ ſicut nos ſurgēdo cupim⁹ noctē. ita xp̄s ſurgēdo rūpit mortē. i. vicit pctm̄. vel ſicut dies adueniens noctis vmbras effugit. ſic adueniēte vero lumine xp̄a vicioꝝ. i. pctōꝝ tenebras ↄpulit ꝛ ſic totū mūdū illuminauit. ¶ Cōſtrue. o xp̄e (ↄſors paterni luminis). i. eq̄lis vel ↄſcius ei⁹ nature. q͛ eſt pater. q͛ vnū eſt lumē patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſcti. ꝛ o tu xp̄e ſupple tu es (lux). i. filius (lucis). i. patris (ꝛ dies). ſ. dieꝝ oīm luminū (rūpimus noctē). i. pctm̄ (canēdo). i. laudādo te ꝛ ideo (aſſiſte poſtulātibꝫ) ſcȝ te cū p͛cibꝫ

**Aufer tenebras mentiū. fuga catervas demonū. expelle ſomnolē tiam ne pigritantes obruat.**

Cōſtrue ſ͛ xp̄e (aufer). i. remoue (tenebras). i. ignorātias (mentiū). ſ. noſtraꝝ (fuga cateruas demonū). i. acies ſiue multitudinē malignoꝝ ſpirituū (expelle). i. reijce (ſomnolētiā). i. aīe pigriciā (ne) ſ͛ illa (ſomnolentia). i. pctōꝝ dormitio (obruat). i. p̄cipitet (pigritātes). i. ī pctis ꝑmanētes.

**Sic chriſte nobis omnibus. indulgeas credentibus. vt proſit exorantibꝫ quod precinētes pſallimus.**

Conſtrue O (xp̄e indulgeas). i. miſerearis (ſic). i. taliter (oībꝫ nobis credētibꝫ) ſ͛ in te (vt qđ p̄cinēt es). i. laudātes (pſallim⁹) id ē canim⁹. ſcȝ ore ꝛ corde (ꝓſit exorātibꝫ) id ē ꝓficiat nobis dep͛cātibꝫ

a **Les diei nuncius. lucem propinquā precinit. nos excitator mentiū iam chriſtus ad vitam vocat**

¶ Materia hui⁹ hymni ē exhortatio xp̄i ad nos. vt ſurgam⁹ a vicijs ꝛ adhereamus ꝟtutibꝫ Et p̄mittit exēplū alitis. i. galli Sicut eīm galli cāt⁹ nos excitat vel vocat lucēte die. ſic xp̄s excitat mētes noſtras ꝛ vocat nos ꝑ ſcripturas ſacras p̄nūciās q̄ ē venturus iudicare ſup iuſtos ꝛ iniuſtos vn̄ bn̄ d͛ Surgite ꝛ vigilate q͛ neſcitis diē neq͛ horā ꝛc̄. (Ales). i. gallus (nūci⁹ diei p̄cinit). i. p̄dicit (lucē). i. diē nob̄ (ꝓpinquā. xp̄s excitator mētiū ſcȝ noſtraꝝ (vocat nos). ſ. ꝑ p̄dicatores (iā ad vitā). i. nūc vocat nos ad ſe

**Auferte clamat lectulos. egros ſopore deſides. caſtiq́ȝ recti ac ſobrij. vigilate iam ſum proximus**

Chriſtus (clamat). i. vocat ꝛ p̄cipit nobis (auferte) id ē relinq̄re (lectulos o deſides). i. o pigri. ſ͛ relinq̄re lectulos (egros). i. carnalitatē (ſopore id ē pctō. ꝛ (vigilate caſti). i. nō petulātes (recti). i. nō tortuoſi (ſobrij) id ē nō ebrij Rōnē ſubdit. q͛ ſ͛ ego xp̄s (iā ꝓximus ſum vobis). i. ꝓpinquus. Vel ſ̄m aliā lrā̄m. o (caſti) ſcȝ aīa ꝛ corpe. ꝛ o (recti) ꝟbo ꝛ ope. ꝛ o (ſobrij id ē tēperati cibo ꝛ potu (vigilate). i. vigiles ſitis q͛ iā ſum ꝓximus.

**Jeſum ciamus vocibus. flentes precantes ſobrie intenta ſuppli**

catio dormire cor mundū vetat

Et q꞉ xp̄s eſt proximus .o fratres (ſciamus). i. cognoſcam⁹ (ieſum vocibꝫ). i. p̄dicatoibꝫ. ſ nos ſum⁹ (flentes). i. triſtātes ꝓ pctis (ꝛ precātes illū ſobrie). i. ſine oī̄ feditate. q꞉ (intēta ſupplicatio). i. aſſidua deprecatō (vetat) id ē ꝓhibet (cor mūdū dormire). i. ꝑmanere in pctō

**Tu chriſte ſomnum diſcute. tu rūpe noctis vincula. tu ſolue peccatum vetus. non vnq̄ꝫ lumen ingere**

O (tu xp̄e diſcute). i. diſſipa vel diuide (ſomnū). i. pctm̄ ſeu diabolum ne nos decipiat (ꝛ tu rūpe). i. diuide (vincula noctis). i. laq̄os diaboli vel penas inferni q̄ dicūt nox vt nos nō decipiāt (tu ſolue pctm̄ vet⁹) ſcꝫ originale (qꝫ) ꝓ et (ingere) id ē immitte (nouū lumē). i. ſpm̄ſctm̄. q̄ merito dicit nouū lumē. q꞉ eijciēdo a nobis vetera nos reuocat a vita deuia

**Elluris ingens conditor. mundi ſolum qui eruens pulſis atqꝫ moleſtijs terram dediſti immobilem**

¶ Materia hui⁹ hymni ē deꝑcatō quā facim⁹ ad deū. q꞉ ſic de⁹ pr̄ fecit celū ꝛ terrā. ꝛ diuiſit ſupiora ab inferioribꝫ. ita ſua pietate nr̄a pctā dimittat Et ſic dedit terrā imobilē vt daret fructū gratū. ita faciat mēbra nr̄a acceptabilia ad fructificādū ꝛ ſeruiēdū ſibi. ¶ Cōſtrue O (ingēs) id ē magne (ꝯditor telluris). i. factor toti⁹ orbis (q̄ eruēs). i. diuidēs (ſolū mūdi) id ē terrā ab aquis. ſcꝫ ab inferioribꝫ ꝛ ſuperioribꝫ (atqꝫ) ꝓ et (dediſti terrā immobilē) id ē terrā ſtabilē. ꝛ hoc (pulſis moleſtijs) id ē elemētis q̄ valde moleſta erant dū intermiſcerent ꝯfuſis. i. ſimul mixtis

**Ut germen aptum proferens. fuluis decora floribꝫ. fecunda fructu ſiſteret. paſtumqꝫ gratum redderet**

Hic cauſam ponit p̄dictoꝝ. Supple vt terra ſit (proferēs). i. ꝓducens (germen aptū). i. fructū ꝯgruū hoibꝫ ꝛ (vt ſiſteret). i. ꝑmaneret (fecūda) id ē fructuoſa (fructu) ſcꝫ acceptabili. ſ illa terra (decora). i. ſpecioſa (fuluis floribꝫ). i. rubeis floribꝫ (qꝫ) ꝓ et (redderet). i. ꝯcederet tā hoibꝫ qꝫ pecudibꝫ (gratū paſtū). i. cibū acceptabilē ſeu nutrimētū ꝯueniēs. Et ḡ oīs hō tenet ſumma diligētia ad laudādū deū

**Mentis peruſte vulnera. mūda vigoris gratia vt facta fletu diluat. motuſqꝫ prauos atterat.**

O chriſte (mūda) id ē purga (vulnera) id ē pctā (peruſte mētis) id eſt maculati ſeu viciati hois (gr̄a vigoris) id ē mediāte gratia ſpūſſcti (vt diluat) id ē emūdet (facta) id ē malefacta ꝛ pctā cōmiſſa (fletu) id ē cordis gemitu (qꝫ) ꝓ et (atterat) id ē auertat ꝛ refrenet (prauos mot⁹). i. malas inclinatōes ad oēs actus illicitos

**Juſſis tuis obtēperet. nullis malis approximet. bonis repleri**

gaudeat. ⁊ mortis actum neſciat.

Supple vnuſquiſqꝫ peccator (obtēperet).i.aptet ſe ⁊ obediat (iuſſis tu is).i.mādatis vel p̄ceptis tuis. ⁊ ſupple aliqs hō (nullis malis).i.non vi lis operibꝫ malis (approximet) ſcꝫ xp̄o (gaudeat) ſupple mēte (repleri bo nis) ſcꝫ opibꝫ (⁊ neſciat).i.nō cognoſcat (actū mortis).i.mortale pctm̄. a q̄ ſe vnuſquiſqꝫ abſtinere tenetur.

Erum creator optime rectorqꝫ noſter aſpice. nos a quiete noxia. merſos ſopore libera

¶ Materia huiꝰ hymni eſt inuocatio auxilij diuini. vt deus digneť cri minibꝫ noſtris ignoſcere. vt ſicut ſurgimus de lecto ⁊ rūpimus noctem. ſic xp̄s rūpat pctā noſtra ⁊c. ¶ Conſtrue O optime creator oīm rex. ⁊ o (re ctor noſter aſpice).i.reſpice sᵉ oculis miſericordie (libera nos). i.eripe (a q̄ete noxia).i.mala. qꝛ q̄ carnē delectāt mala ſunt ſancte aīe. ⁊ ſupple libera nos (merſos ſopore).i.pctō. qꝛ peccādo miſeri ſumus

Te ſancte chriſte poſcimus. ignoſce tu criminibus ad confitēdū ſurgimus. moraſqꝫ noctis rumpimus.

Ideo o ſancte xp̄e (poſcimus).i.dep̄camur (te ignoſce).i.parce (crimi nibꝫ).i.oībꝫ pctis noſtris. qꝛ (ſurgimus) ſcꝫ de ꝟtute in ꝟtutē (ad confiten dum) ſupple tibi pctā (qꝫ) pro et (rumpimus moras) id eſt impedimenta (noctis) id eſt diaboli.

Mentes manuſqꝫ tollimus porphetam ſicut nouimus. nobis gerendum precipit pauluſqꝫ geſtis cenſuit

¶ Cōſtrue (tollimꝰ).i.ſubleuamꝰ (mētes).i.cogitatōes (⁊ manꝰ).i.opa tōes (ſic nouimꝰ ꝓpherā) sᵉ dauid (p̄cipit).i.iubet (nobꝭ gerēdū).i.faciē dū ⁊ ſurgēdū noctibꝫ dicēs Media nocte ſurgebā ⁊c. (qꝫ) p ⁊ (Paulꝰ cēſu it).i.in ſcripturis ſuis īdicauit dicēs Roma. xiij Hora ē iā nos de ſomno ſurgere (geſtis).i.factis ſuis (qꝛ paulꝰ de nocte laborabat ⁊ in die predica bat Et nota q̄ paulꝰ plus laborabat ceteris aplꝭs. qꝛ in nocte cophinos faciebat vñ victualia habuit. ⁊ qđ ſupauerat pauperibꝫ erogabat.

Uides malum quod geſſimus. occulta noſtra pandimus. p̄ces gementes fundimus. dimitte quod peccauimus.

Et qꝛ es creator oīm rex (vides malū qđ geſſimus).i.fecimus. ⁊ qꝛ vi des. ideo (pādimus occulta noſtra). i.manifeſtamus pctā ſcꝫ p ꝯfeſſionē (gemētes).i.ſuſpirātes (fundimus tibi p̄ces).i.orōnes. ⁊ ideo (dimitte) id ē dona nobis veniā. de h̄ (qđ peccauimus) id ē cōmiſimus

Ux et tenebre et nubila confuſa mundi ⁊ turbida. lux in trat albeſcit polus. chriſtus venit diſcedite



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Materia huiꝰ hymni ē exclamatio quã facimꝰ ꝯtra diabolũ. ⁊ iploꝛatio auxilij dei vt diuerſitas pctõꝝ ⁊ eorũdē enoꝛmitas a nobis recedãt. ¶ Cõſtrue O (nox) .i. diabole Itē nox multis modis accipit. aliqñ ꝑ ira aliqñ ꝑ tpe. aliqñ ꝑ diabolo. aliqñ ꝑ obſcuritate. Et notate ꝙ iõ illa noïa .ſ. nox teuebre ⁊ nubila poſuit ad terrēdũ. qꝛ tenebraꝝ terroꝛes voluit ꝑ illa expmere. iõ dixit (o tenebre) .i. pctã (⁊ nubila) ſcꝫ diſcoꝛdie hereticoꝛũ (⁊ turbida mũdi) .i. turbatões ⁊ ſeditões (ꝯfuſa) .i. ꝑmixta (diſcedite id ē recedite. qꝛ ſicut nox diē ⁊ ſicut colũba accipitrē fugit. ſic pctm̃ iuſticiã ⁊ diabolꝰ xp̄m fugit Recedite inquã. qꝛ (xp̄s venit) .i. appropinq̄t. ⁊ (lux) sꝫ xp̄s (intrat) ſcꝫ mētes fideliũ (polus) id ē coꝛpꝰ (albeſcit) id ē niteſcit. ſ. bonis opibꝫ. ⁊ ſic bñ ⁊ ſancte viuēdo xp̄s intrat coꝛda noſtra

**Caligo terre ſcinditur. percuſſa ſolis radio. rebuſqꝫ iam caloꝛ redit vultu nitenti ſideris**

(Caligo terre) id ē obſcuritas noſtra. vel ſecretũ hereticoꝝ (percuſſa) illuminata (radio ſolis) id ē diuino ꝟbo (ſcindit) id ē diuidit. ⁊ (caloꝛ) id eſt vigoꝛ ſpũſſcti q̄ ſcꝫ receſſit ꝓpter p̄ſentiã tenebraꝝ (iã redit) id ē reuerſus eſt (rebꝫ) id eſt coꝛpoꝛibꝫ ⁊ aïabꝫ noſtris (vultu nitenti ſideris) id ē ſplēdoꝛe ſpũſſancti qui eſt verus ſol

**Te chꝛiſte ſolũ nouimus. te mēte pura ⁊ ſimplici flendo canēdo queſumus. intēde noſtris ſenſibꝫ.**

O (xp̄e nouimus te ſolũ) ſcꝫ redēptoꝛē ⁊ illuminatoꝛē. ergo (queſumꝰ te) ⁊ nõ aliũ (pura mēte ⁊ ſimplici) id ē ſine hypocriſi (flendo) ſcꝫ pctã noſtra (canēdo) id ē laudãdo te de beneficijs tuis (intēde) id ē p̄bete aſſenſuꝫ (noſtris ſenſibꝫ) id ē intēſionibꝫ bonis

**Sunt multa fuſcis illita. que luce purgētur tua. tu lux eoꝝ ſyderis vultu ſereno illumina**

(Multa) id ē multe ꝟtutes vel mala (ſunt illita) id ē inũcta vł́ vncta (fuſcis) .i. nigris coloꝛibꝫ Fuſcus coloꝛ dꝛ falſus coloꝛ q̄ mixtus inter alios coloꝛes offuſcat nos (que) sꝫ mala (purgent tua luce) .i. tuo ſplēdoꝛe. qꝛ tu xp̄e es (lux eoꝝ ſideris) .i. oꝛientalis ſcꝫ patris. ⁊ ideo nos (illumina ſereno vultu) id ē claritate ſpũſſancti

**Celi deus ſanctiſſime. qui lucidũ centrũ poli cãdoꝛe pingis igneo. augens decoꝛo lumine**

¶ Materia huius hymni eſt laus quam conſona voce ſcꝫ coꝛde ⁊ opere tenemur deo perſoluere. qꝛ ad vtilitatē noſtrã oïa ꝓduxit. ſcilꝫ celum ⁊ terrã ⁊ multa alia Nam primo fecit celum ⁊ terram. poſtea mare. deinde ſolem ⁊ lunã ⁊c̄. Rogamus ergo vt ad brauiũ ſue remuneratõis nobis omnibꝫ dimittendo peccata nos per ſui amoꝛis gratiam faciat peruenire O (ſanctiſſime deus celi. qui pingis) id eſt decoꝛas (lucidũ poli centruꝫ) id eſt ſpaciũ vel punctũ poli. ſeu zodiacũ ꝑ quē ſigna duodecim decurrũt

(ſigno candore).i.ſplendore(augens decore lumine)ſcꝫ cū pictura planetaꝝ ꝛ diuerſaꝝ ſtellaꝝ Itē zodias aīal interp̄taṫ. Centrū vera eſt medietas ſphere.ſꝫ hic poſuit centrū ꝓ toto celo

**Quarto die qui flammeam ſolis rotam conſtituens. lune miniſtrans ordinem. vagos recurſus ſyderum.**

Supple tu q̄ es (ꝯſtituens rotā ſolis flāmeam).i.ardentē(quarto die) ¶ Notādū ꝙ ꝑ tres dies mūdꝰ ſine ſole ꝑmāſit.qꝛ p̄ma die facta ē angelica creatura. Scđa die factū ē celū ꝛ aer. Tercia die facta eſt terra ꝛ aqua. Quarta die factus eſt ſol ꝛ luna. Quinta aūt die facti ſunt piſces ꝛ aues Sexta v̓o die facta ſunt aīalia ꝛ hoīes. Et tu ſupple es(miniſtrās).i.tribuens(ordinē lune.ꝛ vagos ſydeꝝ recurſus).i.varios curſus.qꝛ ſtelle nō ſꝑ currūt eodē curſu.vel dꝛ q̄ꝫtū ad planetas.nā planetaꝝ vagus eſt curſus.qꝛ alius eſt curſus ſolis.aliꝰ lune. alius alioꝝ ſydeꝝ ꝛc̄.

**Ut noctibus vel lumini direptionis terminum. primordijs ꝛ menſium ſignum daret notiſſimum**

Hic rōnem dictoꝝ ſubdit.vt luna(daret terminū direptōnis).i.ſeparacionis ſeu diuiſionis(noctibꝫ vel lumini).i.diei(ꝛ daret notiſſimū)id ē certiſſimū(ſignū p̄mordijs).i.p̄ncipijs(menſiū)qꝛ menſis hꝫ triginta dies parum plus vel minus ꝛc̄.

**Illumina coꝛ hominum. abſterge ſordes mentium. reſolue culpis vinculum euerte moles criminum**

Et qꝛ tu feciſti hec oīa(illumina coꝛ hoīm ꝛ abſterge).i.mūda(ſordes).i.prauas cogitatōes(mentiū)ſcꝫ noſtraꝝ.ꝛ(reſolue).i.diſſolue(vinculum culpis).i.a pctīs.ꝛ(euerte moles criminū).i.magnitudines pctōꝝ

h: **Nox atra rerum contegit terre calores omniū. nos confitentes poſcimus. te iuſte iudex cordium**

¶ Materia huiꝰ hymni ē rogare deū vt ip̄e caliginē mētis ꝛ corꝑis a nobis expellet. Rogamꝰ etiā in hoc hymno clemētiā oīpotentꝫ dei. vt nos defendat ꝛ ꝓtegat ab antiq̄ hoſte.ſ.diabolo.ꝛ expellat intrinſecā obſcuritatē mētis ꝛ corꝑis.ꝛ vt digneṫ nob ſui luminis claritatē ꝯcedere ꝯſeruando nos a pctīs ¶ Cōſtrue (Atra nox).i.obſcura nox(ꝯtegit)id ē obtenebrat(calores).i.eſtuatōes vl̓ illuminatōes(oīm reꝝ terre) Nā ob h̄ nō necc̄e eſt nec etiā vtile ibi morari.vbi ſcimus ꝙ noctis obſcuritas oīa ꝯtegit.ꝛ calores herbaꝝ ꝛ ceteraꝝ reꝝ in ſuis ꝓfundis tenebris obducit ꝛ ſepelit. Vel exponiṫ ſic moral̓r(atra nox).i.diabolꝰ.qꝛ a vera luce cecidit(ꝯtegit).i.ſil̓r tegit(calores) Sꝫ cū h̄ ꝙ nūc lucē ſyderꝫ habeamꝰ in mēte.ꝛ h̄ in medijs noctibꝫ.i.cū mundꝰ ſedet in tenebris ꝛ plus creſcunt incēdia carnis.tūc ſurgamꝰ ꝯfitētes deū.ſ.iudicē cordiū nroꝝ.ꝛ iō dr̓ au-

toꝛ (O iuſte iudex).i.ꝑſcrutatoꝛ (coꝛdiū).i.mentiū (nos ꝯfitētes) sᶜ tibi pctā nr̄a (poſcim⁹ te).i.rogam⁹ ea q̄ ſunt vite ſcꝫ miſericoꝛdiā ⁊ grām.

Tu auferas piacula. ſoꝛdeſqꝫ mentis abluas. doneſqꝫ chꝛiſte gratiam. vt arceantur crimina.

O tu iuſte iudex coꝛdiū.i.aiaꝝ noſtraꝝ (auferas).i.deleas (piacula) id ē grauia pctā. ⁊ (abluas).i.purges (ſoꝛdes mētis).i.ſuggeſtiones diabolicas q̄ pungūt nos (qꝫ) ꝓ et (o chꝛiſte dones).i.tribuas (grām) ſpūſ ſancti (vt crimina).i.pctā (arceant̄).i.expellant̄ a nobis.

Mens ecce toꝛpet impia quam culpa moꝛdet noxia. obſcura geſtit tollere. ⁊ te redemptoꝛ querere

Dico ꝙ expellant̄ crimina. ⁊ q̄re. qꝛ (ecce ipia mēs).i.aia peccatrix (toꝛpet).i.pigreſcit (quā) sᶜ mentē (culpa noxia).i.mala (moꝛdet).i.pūgit ⁊ (hoc redēptoꝛ).i.ſaluatoꝛ (mens geſtit).i.cupit (tollere).i.depellere a ſe. (obſcura).i.pctā (⁊ geſtit).i.cupit (q̄rere te) sᶜ redemptoꝛē.

Repelle tu caliginem intrinſecus q̄ꝫmaxime. vt in beato gaudeat ſe collocare lumine

Et qꝛ mens geſtit te q̄rere (tu repelle).i.remoue (intrinſecus).i.ex aia (caliginē).i.cecitatē pctōꝝ (q̄ꝫmaxime).i.ꝑcipue. vt ipa mens (gaudeat ſe collocari in btō lumine).i.eterna btitudine ſcꝫ in regno celoꝝ.

l Ux ecce ſurgit aurea. pallens fatiſcat cecitas. que noſmetipſos in preceps diu erroꝛe traxit deuio

¶ Iſte hymn⁹ ꝯtinet̄ in ſuꝑioꝛi hymno. ſꝫ intētio ꝯ̄lus eſt hec. ne ſcꝫ oculi peccēt. Hic ponit̄ anapeſt⁹ ꝓ ſpōdeo. ⁊ ſpōdeus ſcd̄o loco ponit̄ ꝓ iambo. Nox vſqꝫ mō texit calores terre. ſꝫ mō diſcedit ꝓpter lucis aduentū. Et h̄ dr̄ autoꝛ (ecce lux aurea).i.euāgelica p̄dicatio (ſurgit) in coꝛda nr̄a. ⁊ ideo (oīs cecitas pallēs).i.diabolus (fatiſcat).i.euaneſcat (q̄) cecitas (traxit) id ē duxit (diu).i.multū (noſmetipōs) sᶜ hoīes (in p̄ceps).i.in ruinā vel in p̄cipitiū (deuio erroꝛe).i.ꝑuerſa ſuggeſtione.

Hec lux ſerenum conferat. puroſqꝫ nos preſtet ſibi. vt nihil loquamur ſubdolum ⁊ voluamus obſcurum nihil.

¶ Cōſtrue (hec lux) sᶜ q̄ ſurrexit (ꝯferat).i.donet nob̄ (ſerenū).i.ꝟtutē ſpūſſcti (preſtet nos puros).i.mūdos ab oī pctō (ſibi).i.ad honoꝛē ſuū. vt (loq̄mur nihil ſubdolū).i.nihil deceptoꝛiū. ⁊ (nihil voluam⁹ obſcurū) id eſt nō cogitemus aliq̄d aiam maculans.

Sic tota decurrat dies. nec lingua ſit mendax. nec manus oculi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec peccent lubrici. nec noxa corpus inquinet.

(Tota dies). i. totū tp̄s vite nr̄e (decurrat ſic) ſcꝫ nō loquēdo ſubdolū (nec lingua mēdax ſit). i. nō dicat mendaciū (nec man⁹ peccēt). i. nō faciant aliq̄d mali (nec oculi lubrici peccēt) ſcꝫ vidēdo illicita (nec noxa) id ē culpa corruptōis (inq̄net). i. defedet vel polluat (corpus) noſtꝝ.

Speculator aſtat deſuper. qui nos diebꝫ oīibꝫ. actuſqꝫ noſtros proſpicit. a luce vſqꝫ ad veſperum

Et nolite peccare. qꝛ (ſpeculator). i. dn̄s (aſtat). i. aſpicit nos (deſuꝑ) id eſt de celo (oīibꝫ diebꝫ). i. quotidie (qꝫ), ꝑ et (ꝓſpicit) id ē a longe videt (noſtros actus). i. noſtra opa (a luce). i. a natiuitate (vſqꝫ ad veſpeꝝ) id ē vſqꝫ ad finem vite noſtre.

Magne deus potentie. qui ex aquis ortum genus. partim remittis gurgiti. partim leuas in aera.

¶ In h̄ hymno ꝯtinet̄ opus qđ fecit in q̄nto die. qꝛ tūc creauit piſces ⁊ aues ex aq̄. ⁊ ipoꝝ q̄ ex aq̄ fecit miſit partē gurgiti. i. mari ſcꝫ piſces. ⁊ ptē leuauit in aera. ſ. aues Creauit q̄qꝫ cete grādia. bn̄dixitqꝫ ei dicēs Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ replete aq̄s maris. aueſqꝫ multiplicēt̄ ſuꝑ terrā. ⁊ ſic piſces ⁊ aues orti ſunt ex aq̄. Sꝫ aues nō comedūt̄ oī tp̄e ſicut piſces. qđ iō fit. qꝛ aues ꝑ coitū generant̄ ſicut ⁊ nos qđ nō ē in piſcibꝫ. Vel qꝛ aues ſunt calidioris nature q̄ȝ piſces Intēdit etiā autor rogare deū. vt nos q̄ ſumus abluti ⁊ mūdati in ſacro baptiſmate ab originali crimine. ſic ſeruet nos vt neſciam⁹ lapſus criminū ⁊ vt diabol⁹ nō depmat nos ꝑ criminalia pctā. ⁊ h̄ ē qđ dr̄ (O de⁹ magne potētie). i. poteſtatꝫ (q̄ remittis gen⁹) id ē piſces ⁊ aues. gen⁹ dico (ortū ex aquis) baptiſmatꝫ (ſꝫ partim gurgiti). i. mari. ſ. inferno. vt piſces. id ē malos homies. ⁊ (leuas). i. ſubleuas (partim in aera). i. in regnū celoꝝ. vt aues. i. bonos hoīes. quaſi diceret ſicut in aere aues collocauit. ita in celo hoīes ſanctos diſpoſuit.

Dimerſa lymphis imprimens. ſubuecta collo irrigans. vt ſtirpe vna prodita. diuerſa rapiant loca.

Conſtrue. O tu diues (impm̄ens). i. deputās (dimerſa). i. deorſum merſa vt piſces. i. malos hoīes (lymphis). i. aquis iſernalibꝫ. ⁊ (irrigās) id eſt ſubleuans (ſubuecta). i. ſurſum vecta. vt aues. i. bonos hoīes (collo). i. capite (vt ꝓdita). i. orta (vna ſtirpe). i. vno baptiſmate renati (rapiant). i. accipiāt (diuerſa loca). i. diſtinctas manſiones. ſ. aerē ⁊ aquā. i. vitam eternā vel eternā damnatōem Vel. diuerſa loca. i. varia habitacula in celo. qꝛ manſiones multe ſunt in regno celoꝝ iuxta diſtinctos gradus beatoꝝ. qꝛ q̄libet ſanctoꝝ hoīm ſpecialem hꝫ locum vel gradum leticie in celo iuxta bona opera ſua que fecit in hoc mundo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Largire cunctis ſeruulis. quos mundat vnda ſanguinis neſcire lapſus criminum. nec ferre [mortis] tedium.

Et tu q̄ oīa feciſti (largire). i. tribue (cunctis ſeruulis). i. oīb⁹ famulis tuis (neſcire). i. nō ſentire (lapſus criminū). i. caſus pctōꝝ q̄ dimiſſa ſunt in baptiſmo (quos) ſeruulos (vnda). i. effuſio (ſanguinis) tui (mundat) id ē lauat a pctis (nec ꝓ ⁊ nō. ⁊ largire ſeruulos tuos nō (ferre). i. nō pati. (tediū mortis) id eſt penam diaboli

Ut culpa nullum deprimat. nullū leuet iactantia. eliſa mens nec concidat. eleuata mens nec corruat

Ad hoc largire (vt culpa). i. graue pctm̄ (nullū depmat). i. nō aggra-uat vł arguat vllū xpianū (⁊ iactātia). i. ſupbia de bonis (nullū leuet). i. nō extollat (⁊ mens). i. aīa (eliſa). i. leſa a pctō (nō ꝯcidat). i. non incidat in deſperatōem (nec) ꝓ nō (mens eleuata). i. inflata ꝑ ſupbiā (corruat). i. cadat ſuppłe in eternā damnatōnem

t U trinitatis vnitas. orbem potenter qui regis. attende laudum cantica. que excubantes pſallimus

In h̄ hymno autor nos hortat̄ de ſomno ſurgere ⁊ medelā vicioꝝ q̄rere. Intēdit etiā in h̄ hymno ipam trinitatē laudare inuocare. ꝑ quā mundus regit̄. vt ipleat nos ſuo lumine. vt q̄cq̄d peccauimꝰ fraude demonū. ipe xp̄s abſtergat celitꝰ. i. de celo. ⁊ h̄ ē qđ dr̄ (O tu vnitas). i. o ſctē ſpūs q̄ ꝓcedis a patre ⁊ filio (trinitatꝫ) ſcʒ pſonaꝝ (q̄ regis). i. gubernas (potē-ter). i. potētia tua (orbē). i. mundū (attēde cantica laudū). i. hymnoꝝ (q̄) ſuppłe cātica nos (excubātes). i. vigilātes (pſallimꝰ). i. cantamus.

Jam lectulo cōſurgimus. noctis quieto tempore vt flagitemus vulnerum a te medelam omnium.

Nos (ꝯſurgimꝰ iā lectulo). i. ex deſidia. Lectꝰ em̄ dr̄ ab electꝫ ⁊ mollib⁹ herbis. ſup q̄s antiq̄ reqeſcebāt (q̄eto tp̄e noctis) ⁊ ad qđ (vt flagite-mus). i. rogemꝰ (a te medelā oīm vulneꝝ). i. pctōꝝ.

Quo fraude quicquid demonum in noctib⁹ delinquimus abſtergat illud celitus tue poteſtas glorie.

Cōſtrue (Quo) put (poteſtas glorie tue). i. tue laudis (abſtergat). i. abluat mūdet vł purget (celitus). i. diuinitꝰ (illud) ſc pctm̄ (quicq̄d) ſc vicioꝝ (delinq̄mus). i. ꝯmittimꝰ (fraude). i. deceptione (demonū). i. dia-boloꝝ (in noctib⁹). i. in tenebris vicioꝝ.

Nec corpus aſſit ſordidum. nec torpor inſtet cordiū. nec crimi-

nis contagio.non tepeſcat ardoꝛ ſpiritus.

Cōſtrue (coꝛpus) noſtrū nec (aſſit).i.nō ſit (ſoꝛdidū).i.pollutū vel fe
tidū (nec toꝛpoꝛ).i.pigricia vel malicia (coꝛdiū) noſtroꝝ (inſtet).i.inſit
nobis (nec ꝯtagio).i.macula (criminis) ſuppꝉe aſſit nobis.ꝛ (ardoꝛ ſpi-
ritꝰ).i.amoꝛ vel gr̃a ſpū̃ſſcti (nō tepeſcat).i.nō deficiat in nobis

Ob hoc redemptoꝛ queſumus reple nos tuo lumine.per quod
dierum circulis nullis ruamus actibus

Ut amoꝛ tue gratie nō deficiat in nobis (ob hoc).i.ꝓpter hoc.o (redē
ptoꝛ q̄ſumꝰ) id ē rogamꝰ te (reple nos) ꝓctōꝛes (tuo lumine).i.tuo ſplen
doꝛe (ꝑ qđ) lumē (nullis actibꝫ).i.nullis peccatis (ruamus).i.cadamꝰ
(circulis dieꝝ).i.reuolutionibꝫ dieꝝ

Terna celi gloꝛia.beata ſpes moꝛtalium.celſi tonantis vni
ce.caſteq́ꝫ pꝛoles virginis.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt inuocatio ad xp̄m filiū btē ꝟginis vt di-
gnet̃ nobis ſuā miſericoꝛdiā tribuere.dexterā poꝛrigere.vt mereamur co
roboratōem fidei.ꝛ charitatis obtinere Et h̄ eſt qđ dr̄ O chꝛiſte tu ex-
iſtēs (eterna gl̃ia celi) ſcꝫ angeloꝝ ꝛ beatoꝝ hoim.vel qꝛ pater tuꝰ celeſtis
per te gloꝛificat̃.ꝛ (o beata ſpes moꝛtalium).i.xp̄ianoꝝ hoim.ꝛ (o vnice
celſi tonātis).i.celeſtis patris ſm̄ diuinitatē.qꝫ.pro et.o ꝓles.id ē fili ca-
ſte ꝟginis.ſcꝫ marie.ſuppꝉe ſm̄ humanitatē

Da dexteram ſurgētibus exurgat et mens ſobꝛia. flagranſq́ꝫ in
laudem dei grates rependat debitas

Conſtrue O tu eterna gl̃ia (da dexterā).i.auxiliū tuū nobis (ſurgen
tibꝫ) ſuppꝉe a vicijs (ꝛ ita mens noſtra).i.aĩa noſtra (ſobꝛia).i.abſtinēs
(exurgat) ſcꝫ ad laudē tuā (qꝫ) ꝑ et.ſuppꝉe mens (flagrās).i.ardens (in
laudē) id ē honoꝛē dei oĩpotētis (repēdat) id ē ꝑſoluat (debitas grates
id gratiarū actōes in hymnis ꝛ cāticis deo oĩpotēti.

Oꝛtus refulget lucifer ſparſamq́ꝫ lucem nūciat.cadit caligo no
ctium.lux ſancta nos illuminet.

Conſtrue (Lucifer).i.ſtella matutina.ſ.chꝛiſtus (oꝛtus) id ē genitus
(refulget) id ē ſplēdet mūdo (qꝫ) ꝑ et (nūciat).ſ.mūdo (ſparſam lucē).i.
natā.vere nūciat.qꝛ (caligo noctiū) id eſt obſcuritas diaboli (cadit) ſup
ple in mūdo.ꝛ ideo (lux ſancta) id ē xp̄s.ſua ſanctificatōne (nos illumi
net) id ē coꝛda noſtra illuſtret lumine ſpiritusſancti

Manenſq́ꝫ noſtris ſenſibus noctem repellat ſeculi omniq́ꝫ fine

dici purgata ſeruet pectora.

Ut ipa lux (manens noſtris ſenſib⁹). i. in nobis q̄ habem⁹ q̄nq̄ ſenſus corporeos (repellat) s. a nobis (noctē). i. diabolū (ſeculi). i. mundi. ⁊ illa lux (ſeruet pectora noſtra). i. corda (purgata). i. mūdata. ſ. a vicijs (omi fine diei). i. omi tempore vite noſtre

Queſita iam primū fides radicet noſtris ſenſib⁹. ſecūda ſpes con gaudeat qua maior extat charitas.

Conſtrue (Fides queſita a nobis). ſ. in baptiſmo (iam primū). i. cito ideo dicit primū. q꜠ fides eſt prima inter oēs virtutes. vt ibi fides. ſpes. ⁊ charitas (radicet). i. ponat radices (ſenſib⁹ noſtris). i. ī mēte noſtra. ⁊ (ſcd̄a ſpes). ſ. a fide. ꝑ quā. ſ. ſperamus vitam (ꝯgaudeat. ⁊ charitas). i. talis virtus (extat maior). i. virtuoſior. Iuxta aplm̄ p̄ma Corinth. xiij. Maior aūt horum charitas.

Laſmator hominis deus. q̄ cūcta ſolus ordinās humū iu bes producere reptantis ⁊ fere genus

¶ In hoc hymno cognoſcit illud qd̄ fecit deus in ſexta die Creatis ſi q̄dē oib⁹ reptilib⁹. ſ. piſcib⁹ auib⁹ ⁊ alijs beſtijs q̄nta die. ſexta die formauit deus hoiem ad imaginē ſuā. ⁊ p̄cepit oib⁹ aialib⁹ dicēs. creſcite. ⁊ mltipli camini ⁊ replete terrā ⁊ dixit homini. dominamini piſcib⁹ marꝫ. volatilib⁹ celi ⁊ vniuerſis animātib⁹ q̄ mouent ſup terrā. poſuitq̄ eū in paradiſo de liciaꝝ vt operet. ⁊ cuſtodiret illud vt pꝫ Gen̄. p̄mo ⁊ ſcd̄o Intendit itaq̄ autor rogare deū. vt ſicut deus fecit hoiem ſuꝑiorē cūctis aiantib⁹. ſic di gnet nos cuſtodire vt nō efficiamur īferiores brutis aialib⁹ ꝓpter peccā nr̄a Cur ḡ hoies creauit q̄s futuros p̄ſciebat malos. ideo q꜠ ſicut p̄uidit q̄d mali eſſent facturi. ſic etiā p̄uidebat q̄d boni eēnt facturi Vel dr̄. quis no uit ſenſum dn̄i. aut q̄s ꝯſiliari⁹ eius fuit. q̄ſi diceret nullus. ad Roma. xi

Cōſtrue. (O de⁹ plaſmator). i. creator (hois) ſcꝫ ade (q̄ ſolus ordinās cūcta). i. diſponēs oia (iubes). i. p̄cipis (ꝑducere humū). i. terrā. vel hu mū). i. eccliam. ſ. bonos. ⁊ malos hoies Eccleſia aūt ē ꝯgregatio fideliū (genus reptātis). i. ſerpētis (⁊ fere). i. beſtie

Qui magna rerū corpora dictu iubentis viuida. vt ſeruiant per ordinem ſubdēs dediſti homini

Conſtrue O tu deus q̄ feciſti (dictu iubenti). i. v̄bo filij tui (magna corpora) id ē iumēta pecora beſtias (rerum) ſcꝫ diuerſarum (viuida) id ē animata. ⁊ (ſubdens) id ē ſupponens illa aialia (dediſti homini vt ſerui ant). ſ. homini (per ordinē) ſcꝫ vt vnumquodq̄ animal ſeruiat homini in illo ad qd̄ ordinatum eſt a natura. vt oues lepores porcos ad commen dendum ⁊c̄.

Repelle a ſeruis tuis quicq̄d per immundiciam. aut moribus ſe

ſuggerit. aut actibus ſe interſerit

Conſtrue Et o deꝰ (repelle). i. remoue (a ſeruis tuis qcqd ſuggerit). i. infert (ſe p immūdiciā). i. p aliquā ſupfluitatē vel p ſordidā cōmeſtionem (aut moribꝰ) ſcʒ malis. q. ſ. ex ɔſuetu dine peccādi ſe abſtinere nō poſſunt a pctis (aut interſerit). i. immiſcet (ſe actibꝰ) ſcʒ pueſis.

Da gaudiorum premia. da gratiarum numera. diſſolue litis vincula. aſtringe pacis federa

Conſtrue O deus (da pmia). i. remuneratōem (gaudiop). ſ. eterno rū (da munera grāp). i. dona ſpūſſcti (diſſolue vincula litis). i. pctā odij (aſtringe). i. ɔiūge (federa pacis). i. ɔcordiā ſalutis.

Summe deus clemētie mūdiqʒ factor machine. vnus potē tialiter trinuſqʒ perſonaliter

Materia huiꝰ hymni eſt cognitōem habere trinitatis in vnitate. & vnitatis in trinitate. Intēdit etiā autor rogare deū vt cingat lumbos noſtros cingulo caſtitatis. & adurat. i. inflammet vel repleat corda nrā igne ſpūſſancti vt caſto corpe & mūdo corde deo ſeruire mereamur

Cōſtrue (O deus ſumme clemētie). i. alte pietatis. & o (factor machine mūdi). i. creator totiꝰ vniuerſi. ſupple q es (potētialiter vnꝰ). ſ. in potētia ſm diuinitatē. & (trinus pſonaliter). i. trinus in pſonis

Noſtros pius cum canticis fletus benigne ſuſcipe. quo corde puro ſordibus te perfruamur largius

Conſtrue Et tu (pius). i. benignus ſeu miſericors (ſuſcipe benigne noſtros fletus). i. lachrymas (cū cāticis) id eſt cum hymnis vel laudibus (q) pro vt (pfruamur te largius) id eſt amplius. & hoc (corde puro) id ē mūdo (ſordibꝰ) id eſt a vicijs.

Lumbos iecurqʒ morbidum adure igne cōgruo. accincti vt ſint perpetim. luxu remoto peſſimo

Conſtrue O deus (Adure). i. accēde (igne ɔgruo). i. ſpūſctō (lūbos noſtros & iecur). i. epar Et nota q hec tria. ſ. iecur. cerebrū. & lūbi cogunt hoiem peccare (vt ſint accincti). i. vt lumbi ſint caſti ɔtra libidinē (perpetim). i. ſp (remoto peſſimo luxu). i. depoſita peſſima luxuria. que multos proch dolor ducit ad gehennam

Ut quiqʒ horas noctiū nunc concinēdo rumpimus. donis beatis patrie ditemur omnes affatim.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cōſtrue (Ut q̄ꝫ) .i. ꝗcūꝗ (ↄcinēdo) .i. pſallēdo (rūpimus) id ē per vigilias diuidimus (horas noctiū) qꝛ tūc bonū ꝛ ꝗetū ē orare (ditemur id ē diuites efficiamur (affatim) .i. abūdāter (beatis donis patrie) .i. btitudine patrie celeſtis ad quā nos deꝰ digneť ꝑducere Amen

Urora iam ſpargit polum. terris dies illabitur. lucis reſultat ſpeculum. diſcedat omne lubricum

¶ Hymnus iſte ↄtinuať ſuperiori. qꝛ nos rūpimus horas noctiū. vt nos omnes ditemur ꝛ diuites efficiamur in xp̄o ꝛ ecce (Aurora) id eſt xp̄s (iam ſpargit polū) id ē illuminat corda hoim Hortať etiā nos vt ſic viuamus in h̄ ſeculo. vt illud ꝟbū Math. xxv. lete audire mereamur. ſ. Uenite benedicti patris mei ꝛc. nam finito mūdi termino peccatores ꝑpetuis tradenť tenebris. fideles ꝟo ꝛ iuſtos nō in noctē. ſed in lucē ponet Et hoc eſt quod precamur (aurora) .i. xp̄s (ſpargit iā polū) id eſt illuminat mētes vel eccleſiā. ꝛ (dies) id eſt ſtatus gratie (illabiť) id ē appropinquat (terris) id ē hoib9 in terra habitātib9. ꝛ (ſpeculū) id ē pulchritudo vł aſpectus (lucis) id ē claritatis (reſultat) id ē reſilit ꝛ ideo (oīe lubricū) id ē peccatū (diſcedat) ſcꝫ a nobis.

Fantaſma noctis decidat. mentis reatus ſubruat. quicquid tenebris horridum nox attulit culpe cadat

Conſtrue (Fantaſma) .i. fantaſia vel illuſio (noctis) .i. diaboli (decidat) .i. recedat a nobis. ꝛ (reatꝰ) .i. culpa mētis (ſubruat) .i. cadat a nob̄ ꝛ (ꝗcꝗd horridū) .i. deforme (nox) .i. diabolꝰ vel nocturna cogitatio (attulit culpe tenebris) .i. obſcuritatis (cadat) .i. recedat a nobis

Ut mane illud vltimum quod preſtolamur cernui. in lucem nobis effluat. dum hec canore concrepat

Conſtrue (Ut mane illud vltimū) .i. iudiciū futuꝝ vel aduētꝰ xp̄i in iudiciū (qd̄ preſtolamur) .i. ſperamus vel expectamus (cernui) .i. humiles (effluat) .i. eueniat (nobis in lucē) id ē claritatē (dum hec) ſupple nox (cōcrepat) id ē reſonat (canore) id ē cantu ſeu laude

Lux beata trinitas. et principalis vnitas. iam ſol recedit igneus. infunde lumen cordibus.

¶ In hoc hymno materia ſumitur circa qualitatē tp̄is die recedēte. et nocte adueniēte Intēdit eñ autor inuocare deū trinū in ꝑſonis ꝛ trinitatem in vnitate. vt infundat in cordib9 noſtris lumen ſpiritusſancti. vt laudare mereamur deū tā in ꝓſperis q̄ꝫ in aduerſis. ꝛ ita ↄcedat nobis tranſire diē ꝛ noctē ſine pctō. ꝛ ſine impedimēto ſathane

Conſtrue (O beata trinitas) .i. o deus. ſupple qui es (lux) hominū vel mūdi vel angeloꝝ. ꝛ (principalis vnitas) .i. q̄ habes principatū ſuꝑ

om̃e qđ eſt (iam ſol igneus) .i. xp̃us vel charitas inflãmata (recedit) .ſ. a nobis. ⁊ ideo (infunde lumen) .i. dona ſpũſſancti (cordibꝫ) .i. ſenſibꝫ nr̃is. vt .ſ. illud lumen habere mereamur.

**Te mane laudum carmine te deprecemur veſperi. te noſtra ſupplex gloria per cuncta laudet ſecula**

Et o xp̃e vt infundas ſpm̃ſctm̃ te dep̃cemur ⁊ vt adiuues nos ſ[e] laudamus (te mane) .i. hora matutina vl' mane .i. ſp̃. q̃ omi hora ⁊ oi t̃pe debemus laudare deũ .ſ. mane meridie ⁊ ſero. Iuxta v̄bũ p̃s. Veſpe ⁊ mane ⁊ meridie narrabo ⁊c. (te dep̃cemur) .i. rogem⁹ (veſp̃i) .i. in fine mundi (nr̃a ſupplex) .i. humilis (gl'a laudet te) .ſ. xp̃m (p̃ cuncta ſcl'a) .i. p̃ oẽ t̃ps. quia ſp̃ laudãdus eſt deus vt dictũ eſt.

**Conditor alme ſyderũ. eterna lux credentiũ. chriſte redemptor omnium exaudi preces ſupplicum**

¶ Materia hui⁹ hymni ẽ de aduẽtu xp̃i ⁊ de incarnatõe eiuſdẽ. q̃ deus de celo deſcendẽs ſe exinaniuit formã ſerui accipiẽs. ⁊ humiliauit ſe vſq̃ ad mortẽ. ⁊ q̃liter egreſſus ẽ de honeſtiſſima clauſura v̄ginis tãq̃ ſpõſus de thalamo ſuo. cui ſponte oĩa obediũt .ſ. terreſtria celeſtia ⁊ infernalia. Intẽdit etiã rogare deũ vt p̃ hãc incarnatõez nr̃as p̃ces exaudire digneť et a ſagitta diaboli liberare. Et iſte hymn⁹ caniť dñicis diebꝫ p̃ totũ aduẽtũ ad veſp̃as Cõſtrue (O alme ꝯditor) .i. ſctẽ creator (ſyder̃) .i. ſtellarũ. o (eterna lux) .i. p̃petua ſal⁹ (credẽtiũ) .i. xp̃ianoꝝ fideliũ. o (xp̃e redemptor oim̃) .ſ. hoiꝫ (exaudi p̃ces) .i. orõẽs (ſupplicũ) .i. hũiliũ ſupplicationũ

**Qui condolens interitu mortis perire ſeculum ſaluaſti mundũ languidum donans reis remedium**

Cõſtrue) Qui) ſ[e] xp̃s (ꝯdolẽs) .i. q̃ es nobiſcũ dolens (ſeculũ) id eſt mundũ (perire) .i. dãnare (interitu mortis) .i. pena infernali (ſaluaſti) id ẽ liberaſti de poteſtate diaboli (mundũ languidũ) ſcꝫ in peccatis (donãs remediũ) .i. redemptõem (reis) .i. peccatoribꝫ

**Vergente mundi veſpere vti ſponſus de thalamo. egreſſus honeſtiſſima virginis matris clauſula.**

Cõſtrue (Vergẽte mũdi veſp̃e) .i. app̃ropinquãte fine mũdi. es (egreſſus. vti) .i. ſicut (ſpõſus) ſ[e] egrediť (de thalamo) .i. cubiculo. egreſſus inq̃ de (honeſtiſſima) id ẽ caſtiſſima (clauſula matris virginis) id eſt de vtero virginis marie

**Cuius forti potentie genu flectuntur omnia. celeſtia terreſtria fatentur nutu ſubdita.**

Et iō. qꝛ egreſſus es vł qꝛ ſaluaſti mundū (cuius). ſ. xp̄i (forti potentie oīa flectunt genu) ſcꝫ laudādo ip̄m (celeſtia). i. angeli (terreſtria). i. hoīes (fatentur ſubdita) id eſt ꝯfitentur ſe illi ſubiecta (nutu) id ē ſponte. ſcꝫ ad tuam voluntatem ꝛc̄.

**Te deprecemur agie venture iudex ſeculi. ꝯſerua nos in tempore hoſtis a telo perfidi**

Ergo qꝛ ita ē vt dictū ē (dep̄camur agie) . i. o ſancte xp̄e (iudex vēture ſeculi) ſcꝫ in extremo iudicio (ꝯſerua). i. cuſtodi (nos in tp̄e) . i. in hac vita (a telo hoſtis ꝑfidi). i. ſuggeſtione diaboli q̄ ſagitta dr̄.

**Laus honor virtus gloria. deo patri ꝛ filio. ſancto ſimul paraclito. in ſempiterna ſecula Amen**

Et qꝛ deus miſit filiū ſuum xp̄m vt nos redimeret. ideo ſit (laus honor virtus gloria deo patri. ꝛ filio. ſimul). i. pariter (paraclito). i. ſpiritui ſancto (in ſempiterna ſecula). i. ſine fine Amen.

**Verbum ſupernum prodiens. a patre olim exiens. q̇ natus orbi ſubuenis curſu decliui temporis**

Iſte hymnus ꝯtinuat̄ ſupiori. qꝛ xp̄s egreſſus ē de vtero ꝟginali ſicut ſponſus de thalamo ſuo ꝛ iō oīa ei humiliant̄ ſiue ſubdita ſunt ꝛ nō ē mirum. qꝛ ip̄e deſcēdit de patre. i. de celo. Et hec ē rn̄ſio ꝯtra hereticos q̇ dicebant xp̄m nō veniſſe de p̄re. qbꝫ ꝑ iſtū hymnū rn̄dendū ē. O (ſupnū verbū). i. dei fili⁹ (ꝑdiens). i. manifeſtans te ineffabiliter (exiens). i. veniens (olim a patre) qn̄ ſcꝫ incarnatus fuiſti. ſ. q̇ es (natus) ſcꝫ a patre (ſubuenis). i. ſuccurris (orbi). i. mūdo (curſu). i. plenitudine (tp̄is decliui). i. ꝑni. vel declinantis ad finem ſeculi

**Illumina nunc pectora. tuoqꝫ amore concrema. audito vt preconio. ſint pulſa tandem lubrica.**

Et tu q̇ talis es (illumina nūc). i. in p̄nti. ſ. tuo lumine (ꝛ ꝯcrema) id ē accēde (nr̄a pectora tuo amore). i. tua gr̄a (vt audito p̄conio). i. p̄dicatione apłoꝝ. vł (audito p̄conio) ꝓphetaꝝ (lubrica) . i. pc̄tā (ſint pulſa) . i. remota a noſtris cordibꝫ (tandē). i. in ſeparōe aīe a corpe.

**Iudexqꝫ cum poſt aderis. rimari facta pectoris. reddens vicem pro abditis. iuſtiſqꝫ regnū pro bonis**

Conſtrue. Et o tu ſupnum verbū. i. o fili dei volēs (rimari). i. experiri (facta pectoris. i. pc̄tā cogitatōnis. vt (cū adderis) . i. cū affueris (iudex poſt). i. in fine mundi (reddēs vicē). i. remuneratōem (ꝑ abditis). i. pro occultis peccatis (ꝛ iuſtis). i. ſanctis (regnū) ſcꝫ eternū (ꝑ bonis) ſcꝫ operibus q̄ in preſenti ſeculo operati ſunt.

Non demum arcemur malis pro qualitate criminis. ſed cū beatis compotes ſimus perennes celites.

¶ Conſtrue. Et (non arcemur) id eſt nō ꝯſtringamur (demum) id ē vltimo (malis) id eſt peccatis (pro qualitate criminis). i. ꝓ magnitudine peccatoꝝ (ſed ſimus ꝯpotes). i. ſimul potentes (cū beatis). i. ſanctis (ꝑennes) id eſt ꝑpetualiter vel (perennes). i. habitatores celorum (celites) id eſt celeſtem vitam ducentes

V Ox clara ecce intonat. obſcura queqꝫ increpat. pellant᷑ eminus ſomnia. ab ethere chriſtus ꝓmicat

¶ Materia hui⁹ hymni ſilis ē ſenſui in p̄dicto hymno vbi dictū eſt ꝙ xp̄s olim venit a p̄re. ⁊ iā dr̄ ſic (Ecce clara vox). i. iohes baptiſta (intonat). i. terribilr̄ p̄dicat (⁊ increpat). i. arguit (q̄qꝫ obſcura). i. oīa vicia ſeu pctā. ⁊ iō oīa (ſomnia). i. vana pctā (pellant᷑). i. remoueant᷑ (emin⁹). i. lōge. qꝛ (xp̄s iā ꝓmicat). i. fulget (ab ethere). i. a celo

Mens iam reſurgat torpida que ſorde extat ſaucia. ſydus refulget iam nouum. vt tollat omne noxium

Cōſtrue. Et ideo (mens noſtra torpida). i. maculata (reſurgat) ſcꝫ a vicijs (que) ſc mens (extat ſaucia) id eſt manet vulnerata (ſorde) id eſt peccato ⁊ bn̄ dr̄ ꝙ ſurgat mens. qꝛ (ſydus). i. chriſt⁹ (refulget iā). i. reſplēdet ꝑ ſpiritūſcm̄ (nouū) ſcꝫ natū de ꝟgine (vt tollat). i. vt remoueat a nobis peccatoribꝫ (om̄e noxiū). i. om̄e peccatum

E ſurſum agnus mittitur. laxare gratis debitum. om̄es ꝓ indulgentia. vocem demus cum lachrymis.

Conſtrue (Agnus). i. dei fili⁹ (mittit᷑). i. deſtinat᷑ (e ſurſuꝫ). i. de celis (laxare). i. remediare (debitū). i. originale peccatū vl' penas peccati (gratis). i. dono ſeu ſponte ſua ⁊ ſine aliqua remuneratōe. ⁊ iō (om̄es demus ſcꝫ deo (vocē cum lachrymis). i. ꝑ ꝯfeſſionē pctōꝝ cū ꝯtritiōe (ꝓ indulgētia). i. ꝓ remiſſione peccatoꝝ

Secundo vt cum fulſerit. mundumqꝫ horror cinxerit. nō ꝓ reatu puniat. ſed pius nos tunc protegat. Preſta pater piiſſime ⁊c.

¶ Benedicto demus vocem cum lachrymis. vt cum ille agnus (fulſerit) id eſt fulgens aduenerit (ſecundo) ſupple aduentu. ſcꝫ in iudicio. et (horror) id eſt pauor (cinxerit) id eſt circūdederit (mundum) id eſt mundanos (nō puniat) id eſt damnet (ꝓ reatu). i. ꝓ pctō (ſed pius) ſcꝫ xp̄us (nos tunc ꝓtegat. i. defendat a poteſtate diaboli.

v Eni redemptoꝛ gentium. oſtende partum virginis. mireť
omne ſeculum. talis decet partus deum

¶ Materia huius hymni eſt inuocatio ad deum vt veniat oſtēdere
nobis partuꝫ virginis nō fuiſſe ex virili ſemine. ſed diuino ſpiritu coope
rante eſſe factum. ⁊ qualiter egreſſus ſit a patre ⁊ regreſſus ad patrem. ⁊
qualiter ſit equalis patri. ⁊ loquiť de preſenti tanq̄ꝫ de futuro Uel dicere
poſſumus ſm lrām ſic. sᵉ o chriſte qui es (redemptoꝛ gentiū). i. omnium
hominū (veni). i. accede in mentibus noſtris (⁊ oſtende). i. pande nobis
(partum virginis) ſcꝫ marie ⁊ ideo (omne ſeculū). i. totus mundus (mi-
retur). i. ammiretur. qꝛ (talis ꝑtus decet). i. decens eſt (deum) ſcꝫ creato-
rem celi ⁊ terre naſci ſine ſemine virili.

Non ex virili ſemine. ſed myſtico ſpiramine. verbum dei factum
eſt caro. fructuſq̄ꝫ ventris floꝛuit

Conſtrue. Uere talis partus decet deū. qꝛ (nō ex virili ſemine) sᵉ na-
tus eſt xp̄s (ſed myſtico ſpiramine). i. ſecreta oꝑatione ſpiritusſancti (ver-
bum dei) id eſt filius dei (factū eſt caro). i. homo (q̄ꝫ). p. ⁊ (fructus vētris
ſcꝫ marie (floꝛuit). i. ſicut flos creuit. qꝛ beata virgo maria fuit ramus. ⁊ fi-
lius eius ieſus chꝛiſtus eſt flos.

Aluus tumeſcit virginis. clauſtra pudoꝛis ꝑmanent. vexilla vir
tutum micant. verſatur in templo deus

Conſtrue. Et ecce (aluus virginis). i. vēter marie (tumeſcit). i. creſcit
et tamen (clauſtra pudoꝛis) id eſt clauſura virginitatis (permanent) ſcꝫ
integra ⁊ illeſa. qꝛ virginitas in ea nō eſt violata. ⁊ (vexilla virtutū) id eſt
ſancta miracula (micant) id eſt fulgent ſcꝫ per totum mundum. vel virtu
tum quarum deus eſt vexillum. i. cuſtos. ⁊ ideo (deus verſatur in tem-
plo) quia receptus eſt a ſymeone in templo (vel verſatur in templo) id eſt
in vtero beate marie virginis ⁊c̄.

Procedens de thalamo ſuo. pudoꝛis aula regia. gemine gigas
ſubſtantie. alacris vt currat viam.

¶ Conſtrue. ſupple chꝛiſtus (procedens de thalamo ſuo) id eſt vte-
ro matris. qꝛ illa fuit illi lectus caſtitatis. ſcilicꝫ de (regia aula pudoꝛis)
id eſt de palatio regali. exiſtens (gigas gemine ſubſtantie) id eſt diuinita-
tis. ⁊ humanitatis. qꝛ eſt deus ⁊ homo Gigas eīm dicitur eo q̄ inſepara-
biliter. ⁊ irreuocabiliter ad vitam huius mundi nobis occurrit. vñ Da-
uid. Exultauit vt gigas ⁊c̄. (vt alacris) id eſt velox (currat viam). i. trā-
ſeat de hoc mundo ad patrem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Egreſſus eius a patre. regreſſus eius ad patrem. excurſus vſqꝫ ad inferos. recurſus ad ſedem dei

Cõſtrue (Egreſſus eiꝰ a pr̃e) ſe fuit qñ deſcendit in vterũ ꝟginis (ingreſſus eiꝰ ad patrẽ) qñ rediȷt in celũ. vñ Dauid. A ſummo celo egreſſio eiꝰ ⁊ occurſus eiꝰ vſqꝫ ad ſummũ eiꝰ Et ipe ait in euãgelio. Exiui a patre meo ⁊ veni in mũdũ. iterũ relinꝗ mũdũ ⁊ vado ad prẽ (excurſꝰ vſqꝫ ad iferos). i. deſcẽdat ad iferna (recurſus ad ſedẽ dei). i. aſcẽdit ad dexterã prĩs

Equalis eterno patri. carnis ſtropheo accingere. infirma noſtri corporis virtute firmans perpetim

Cõſtrue. Et tu xp̃e q̃ es (equalis eterno patri) ſm diuinitatẽ (accingere ſtropheo). i. cĩgulo (carnis) qꝛ ꝑ carnẽ ſupauit diabolũ. ſupple tu xp̃e (firmãs). i. roborãs (ꝑpetim). i. ꝑpetue. infirma corꝑis). i. vitia ⁊ fragilitates noſtri corꝑis (virtute). i. cũ virtute.

Preſepe iam fulget tuum. lumenqꝫ nox ſpirat nouum. qđ nulla nox interpolet. fideqꝫ iugi luceat

Cõſtrue Vere ꝓcedis de thalamo tu xp̃e. qꝛ (p̄ſepe tuũ). i. eccleſia (iã fulget) ſcꝫ virtutibꝫ. ⁊ (nox ſpirat). i. emittit (nouũ lumẽ). i. filiũ natũ ſine pctõ (qđ) ſupple lumẽ (nulla nox). i. nulla obſcuritas hereticoꝝ. qꝛ heretici dicũt deũ nõ accepiſſe verã carnẽ (interpolet). i. obſcurat. ⁊ (luceat) ſcꝫ lumen tuũ (iugi fide). i. aſſidua virtute

Xpiſte redemptor gentium. ex patre patris vnice. ſolus ante principium. natus ineffabiliter

¶ Materia huiꝰ hymni eſt inuocatio quã facimus ad xp̃m. vt ſicut ipe dignatus ẽ accipe carnẽ humanã. ⁊ illã ſibi vnire ꝓpter nos. ita p̄ces noſtras exaudire dignet̃. ⁊ nos a pctis noſtris liberare ⁊c̃.

¶ Cõſtrue O (xp̃e redẽptor gentiũ). i. hoim. qꝛ oẽs gẽtes redemiſti tuo ſanguine. ⁊ o tu (vnice patris). i. o tu vnigenite. ſ. ꝓcedẽs (ex patre) tu (ſolus natus). i. genitꝰ (ineffabiliter) ſm diuinitatẽ. vñ ait ſcriptura. Generatõem eius q̇s enarrabit (ante p̄ncipiũ). i. añ mũdi ꝯſtitutõem.

Tu lumen et ſplendor patris. tu ſpes perennis omnium. intẽde quas fundunt preces tui per orbem famuli

O chriſte (tu es lumẽ ⁊ ſplẽdor patris) qꝛ ꝑ te pater innotuit mundo (tu es ſpes ꝑennis). i. ꝑpetua (omniũ) ſcꝫ hoim (intẽde). i. audi (preces) id ẽ orõnes (quas) p̄ces (tui famuli fundũt). i. effundũt (ꝑ orbẽ). i. ꝑ vniuerſum mũdũ vbi gentes habitant aſſidue te orantes.

Memẽto ſalutis author. qꝙ noſtri quondam corporis. ex illibata virgine. naſcendo formam ſumpſeris

Dico ꝙ debes p̄ces noſtras intēdere. qꝛ aſſumpſiſti humanā carnē ex intacta ꝟgine. ⁊ h̄ ē qꝺ ꝺr. O (autoꝛ ſalutis) noſtre (memēto) .i. recoꝛdare (ꝙ ſumpſeris) .i. aſſumpſerꝭ (quondā) .i. olim (naſcēdo formā) .i. ſilitudinē (noſtri coꝛpis) hūani (ex illibata ꝟgine) .i. intacta ⁊ inuiolata virgine maria. qꝛ an̄ partū ⁊ poſt partū ⁊ in partu ꝟgo ꝑmanſit.

Sic preſens teſtatur dies. currens per anni circulū. ꝙ ſolus a ſede patris mundi ſalus adueneris

(Preſens dies) natiuitatꝭ (teſtat̄ ſic) .i. taliter (currēs ꝑ circulū anni) id eſt ꝑ vnūquēꝗ annū (ꝙ ſolus) .i. nullo comitāte. ſupple expūs (ſal⁹ mundi aduenerꝭ) .i. deſcēderis (a ſede patris) .i. de excelſo throno dei.

Hunc celum terra. hunc mare. hunc omne quod in eis eſt. auctorem aduentus tui laudans exultat cantico

(Celū) .i. angeli q̄ paſtoꝛib⁹ apparuerūt dicētes cū gaudio. Gl'ia in excelſis deo (vl' celū) .i. ſtelle. qꝛ ſtella apparuit trib⁹ magis .i. trib⁹ regib⁹ ducens eos ab oꝛiēte in bethleē (terra) .i. terrena prās (exultat) .i. gaudendo laudat (cantico) .i. cū hymno (hunc) diē (mare) .i. tyrānica prās laudat (hūc) diē (⁊ oē qꝺ ē in eis) ſcꝫ in celo in terra ⁊ in mari (exultat cātico) hūc diē (laudās) .i. ꝯmēdās (auctoꝛē) .i. diſpoſitoꝛē (aduēt⁹ tui) i hūc mūdū

Nos quoꝗ qui ſancto tuo redempti ſumus ſanguine. ob diem natalis tui. hymnū nouum concinimus

Et nō ſolū celū ⁊ terra ⁊ mare laudāt te. ſꝫ etiā (nos) chꝛiſtiani (q̄ ſumus redempti) .i. ſaluati a moꝛte eterna (tuo ſancto ſanguine) ſcꝫ in paſſione tua effuſo (ꝯcinimus) .i. ſimul cātamus (nouū hymnū) .i. nouā laudem (ob diem natalis tui) .i. natiuitatis tue.

Solis oꝛtus cardine. ad vſꝗ terre limitem. chꝛiſtum canamus principem. natum maria virgine.

¶ In hoc hymno agit̄ de incarnatōe dn̄i ⁊ de natiuitate eius. quō ſcꝫ puerpera enixa ē illū q̄ vniuerſa ex nihilo creauit. ⁊ nō abhoꝛruit iacere in p̄ſepio. Et ꝯtinuat̄ iſte hymnus cū ſupioꝛi Dixit em̄. ꝙ celū terra ⁊ mare et oīa q̄ in eis ſunt canūt deo. qꝛ ab oꝛtu ſolis vſꝗ ad occaſum vniuerſus mūdus laudat deū Vel aliter. qꝛ dixit ꝙ eius p̄ſepe iā fulget nouo lumīe et ideo canam⁹ xp̄m natū de maria ꝟgine. ⁊ h̄ eſt qꝺ ꝺr. Nos xp̄iani (canamus) .i. laudemus (a cardine oꝛtus ſolus) .i. ab oꝛigine mundi. vel (a cardine oꝛtus ſolis) .i. ab oriente mundi (vſꝗ ad limitē terre) .i. vſꝗ in finē mūdi. vel vſꝗ ad occidentē (xp̄m p̄cipē) .i. regē (natū) .i. genitum (maria virgine) .i. ex vtero virginis marie

Beatus autoꝛ ſeculi ſeruile coꝛpus induit. vt carne carnem libe

rans. ne perderet quos condidit

Bene dico ꝙ debem⁹ deū laudare. qꝛ (beat⁹ authoꝛ).i. factoꝛ (ſeculi) id ē mūdi (induit).i. aſſumpſit (ſeruile coꝛpus).i. humanā carnē (vt ipſe liberās carnē).i. noſtrā humanitatē (carne) s. ſua (ne) ꝓpt non (ꝑderet) hoīes illos (quos ꝯdidit).i. creauit

Caſte parentis viſcera. celeſtis intrat gratia. venter puelle baiu-lat. ſecreta que non nouerat

Et venit induit ſeruile coꝛp⁹. qꝛ (celeſtis gr̄a) ipſe xp̄s (intrat viſcera) id ē vterū (caſte parētis) ſcꝫ ꝟginis marie. ꝛ ſic (vēter).i. vterus (puelle) ſcꝫ marie (baiulat).i. poꝛtat (ſecreta) ſcꝫ celeſtia (que) ſecreta (non noue-rat) ſcꝫ ante conceptionem.

Domus pudici pectoꝛis. templū repente fit dei. intacta neſciens virum. verbo concepit filium.

Et vere baiulat ſecreta q̄ nō nouerat. qꝛ (domus).i. aluus (pudici pe-ctoꝛis).i. puri coꝛdis. ſ. marie (fit).i. efficit (repēte).i. cito (templū dei).i. hoſpitiū vl' dom⁹. dico (intacta).i. incoꝛupta (neſciēs viꝝ) ꝑ carnis ꝯmix-tionē) ꝯcepit filiū ſcꝫ xp̄m (ꝟbo).i. ꝑ ꝟbū qd̄ ipſa dixerat ad gabꝛielē dicēs Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm̄ ꝟbū tuū. vl' (verbo).i. ꝑ verbū qd̄ dixit ga-bꝛiel ad ipſam. vn̄ dixit. Ecce ꝯcipies ꝛ paries filiū ꝛc̄.

Enixa eſt puerpera. quem gabꝛiel predixerat. quem matris aluo geſtiens. clauſus Joannes ſenſerat

Dico ꝙ ꝯcepit ꝛ vere. qꝛ (puerpera).i. maria pariens pueꝝ (enixa eſt) id eſt peperit filiū (quē filiū (gabꝛiel). ille archangelus (p̄dixerat) naſcitu-rum. ꝛ (quē ioānes) baptiſta (clauſus).i. incluſus (aluo).i. in vtero (ma-tris) ſue helizabet (ſenſerat).i. cognouerat (geſtiens).i. gaudens

Feno iacere pertulit. preſepe non abhoꝛruit. paruoq̄ꝫ lacte paſtus eſt. per quem nec ales eſurit.

Et poſtq̄ꝫ xp̄s nat⁹ ē ex ꝟgine maria (ꝑtulit).i. paſſus ē (iacere).i. deſce-re (feno).i. in feno. ꝛ (nō abhoꝛruit).i. nō refutauit (p̄ſepe).i. ſtabuluꝫ. et ſuꝑple xp̄s (paſſus ē).i. nutrit⁹ (ꝑuo lacte) s. ꝟginis marie (ꝑ quē) s. xp̄m (ales).i. nutrix ſcꝫ maria a q̄ xp̄s nutriebat (nec eſurit).i. nō paſſa ē famē qꝛ matres lactātes pueros magis eſuriūt ꝛ ſitiūt aliis homib⁹. ſꝫ maria xp̄m lactabat. ꝛ xp̄s ipſam regebat. ideo nō plus ſitiuit nec eſuriuit

Gaudet choꝛus celeſtium. ꝛ angeli canunt deo. palāq̄ꝫ fit paſto-ribus paſtoꝛ creatoꝛ omnium

Et q꞉ xp̄s natus eſt (chorus).i. ſocietas (celeſtiū) ſpirituū (gaudet).i. letaſ (et angeli).i. throni ⁊ dn̄atōes p̄ncipatus ⁊ poteſtates ⁊ ceteri (ca-nunt).i. cantāt (deo) glīoſo (qꝫ) ꝑ et (paſtoꝛ creatoꝛ oīm) reꝝ (fit palā).i. manifeſtaſ (paſtoꝛibꝫ) iuxta turrim abnā ad quē locū paſtores ſicut ⁊ mō ꝑ ꝯſuetudine habebāt vigilare ſup greges ſuos. ⁊ erat ibi planicies terre apta paſtoꝛibꝫ illi⁹ regiōis ad ſeruandū ibi vigilias noct꜡ ſup greges eoꝝ

**Nuncium vobis fero de ſupernis natus ē chriſtus domina-toꝛ oꝛbis in bethleem iude. ſic em̄ ꝓpheta dixerat ante**

¶ Materia hui⁹ hymni ē p̄paratio gaudij de natiuitate xp̄i redēpto-ris nr̄i. qđ gaudiū annūciatū ē nob̄ ꝑ angelū apparentē paſtoꝛibꝫ ⁊ in via dicentē. Annūcio vob̄ gaudiū magnū ⁊c. Cui⁹ natiuitatē ſigna ⁊ mira-cula ſequuta ſunt. ſ. ſtella q̄ apparuit magis xp̄m q̄rentibꝫ. In cui⁹ natiui-tate herodes ⁊ q̄libet mal⁹ ꝯfundiſ. Et doctrina t̄pis p̄teriti ceſſauit. ſcꝫ idolatria ⁊ ſacrificia vana. ¶ Cōſtrue Ego angelus (fero).i. poꝛto (vob̄ de ſupnis).i. celis (nunciū) ſcꝫ qꝫ (xp̄s dn̄atoꝛ oꝛbis natus ē in bethleem iude).i. in illa ciuitate. que foꝛte ꝑtinet tribui iude (em̄) pro q꞉ (propheta dixerat ſic ante) id eſt prius

**Hunc canit letus choꝛus angeloꝛum. ſtella declarat. veniūt eoꝝ pꝛincipes dignum celebꝛare cultum myſtica dona**

(Choꝛus angeloꝝ) ετῆs (letus canit hūc) s[e] xp̄m (ſtella) q̄ duxit ma-gos (declarat).i. manifeſtat hūc. ⁊ (eoꝝ p̄ncipes).i. oꝛiētales reges (veni-unt celebꝛare dignū cultū) ⁊ ſupple offerre (myſtica dona)

**Thus deo myꝛrham trocleten humando bꝛacteas regi chꝛyſeas dum colunt vnum meminere trino tres dare terna**

Iſti tres reges (meminere).i. cogitauerūt (dare).i. offerre (deo mune-ra).i. dona. ſ. auꝝ thus ⁊ myꝛrhā. ⁊ meminere deo offerre (trocleten) id ē arboꝛē rotūdā. q̄ ē arboꝛ ſic dicta a loco in q̄ naſciſ. ⁊ hꝫ aureū coloꝛē. Et declinaſ ntō hec trocletis. gtō hui⁹ trocletis (humādo).i. ad humandū ⁊ ſepeliēdū. q꞉ moꝛtaſ erat. ⁊ meminere offerre (regi).i. xp̄o regi regū (bꝛacte-as chꝛyſeas).i. laminas aureas. q꞉ criſis grece ē idē qđ auꝝ latine (dū co-lūt).i. veneranſ (vnū) deū. ⁊ meminere dare (terna) munera (trino).i. tri-nitati. q꞉ vnū ſunt pater filius ⁊ ſpūſſanctus

**Gloꝛiam trine monadi canamus cum deo. diue genitoqꝫ pꝛoli flaminiqꝫ ſancto ab vtroqꝫ fuſo coꝛde fideli Amen.**

Et ḡ nos xp̄iani (canamus).i. ꝑſoluam⁹ (trine monadi).i. trine vnita-ti (cū deo) patre (gloꝛiā).i. carmen leticie (qꝫ) ꝑ et canamus (diue genite ꝓli).i. filio dei gl̄iam. ⁊ canam⁹ (ſctō flamini).i. ſpūiſcō (fuſo ab vtroqꝫ)

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id eſt a patre ⁊ filio(fideli corde) .i.ſincera intentione.

b Oſtis herodes impie chriſtum venire q̄d times. nō eripit mortalia qui regna dat celeſtia.

¶ Materia huiꝰ hymni ē ꝯclamatio quā facimus ꝯtra herodē. q2 au dita xp̄i natiuitate amittere regnū timuit.iō multos pueros interfecit eſti mans ſe etiā xp̄m interficere. Intētio autoris ē tractare de trib9 miraculis magnis q̄ in die ep̄hie facta ſunt.ſ.de triū magoꝝ apparitōe ꝑ ſtellam.de aque in vinū trāſmutatōe.⁊ de xp̄i baptiſmo in iordane.⁊ etiā de pueris ꝑ herodē interfect9 Et nota.ꝙ hymnꝰ iſte ꝯtinuaꝛ ſupiori.ita.q2 dixit ꝙ xp̄s natꝰ ē.⁊ paſſus ē iacere in feno.vn̄ herodes de natiuitate eius tur batus occidit multos pueros timēs ne regnū ſuū amitteret.ſ3 ſtulte fecit q2 ille q̄ rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū nō venit vt ei regnū auferret .ſ3 totū mū dū tātis criminib9 inuolutū a pctīs liberaret.⁊ hoc ē qđ dr̄ O(impie ho ſtis q̄d).i.cur(times xp̄m venire)q2 ip̄e(non eripit mortalia)regna(qui dat celeſtia regna

Ibant magi(quam viderant)ſtellam ſequentes preuiam lumē re quirunt lumine deum fatentur munere.

(Magi).i.reges(ibant)q̄ſitū xp̄m ⁊ adorare eū(ſequētes ſtellā pre uiā).i.pcedētē(quā viderāt)⁊(reqrūt lumē).i.xp̄m(lumine).i.cū ſtella (⁊ fatenꝛ deū munere).ſ.auro thure ⁊ myrrha.

Lauacra puri gurgitis celeſtis agnus attigit.peccata que non de tulit nos abluendo ſuſtulit

Cōſtrue(Celeſtis agnus).i.chriſtus(attigit).i.ſuſcepit(lauacra).i. baptiſmū(puri gurgitis)ſc3 iordanis(ſuſtulit).i.abſtulit a nobis(ablu endo).i.mūdando(nos)per baptiſmū(peccata)id ē crimina(que)pec cata(nō detulit).i.ſecū nō portauit.q2 ipſe mūdus erat ab omni peccato tam actuali q̄3 originali

Nouum genus potentie.aque rubeſcūt hydrie.vinūq3 iuſſa fun dere mutauit vnda originem

Cōſtrue(Nouū genus).i.inauditū opus(potētie).ſ.miraculorum (aq̄)ſupple infuſe(hydrie rubeſcūt).i.rubere incipiūt(q3)ꝑ ⁊(vnda).i. aqua infuſa hydrie(iuſſa).i.p̄cepta(fundere).i.effundere(vinum muta uit originē).i.naturā ſuā.q2 ad verbū dn̄i aqua facta eſt vinū.

a Ue maris ſtella dei mater alma atq3 ſemper virgo felix celi porta

¶ Materia huius hymni eſt de ſalutatione beate virgini facta ab an gelo ſic dicente. Aue gratia plena dn̄s tecū benedicta tu in mulieribus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Et cū ip̄a reſpōdiſſet. ecce ancilla dñi fiat mihi ſm ꝟbū tuū. tūc ꝟtute altiſſimi obumbrata ē ⁊ ſolo ꝟbo ꝯcepit filiū. q̄ ē chriſtus dñs noſter. Intēdit etiā autor ip̄am beatā ꝟginē mariā inuocare. vt ip̄a nomē eue ꝑ quam mors intrauit mutet. ⁊ vt ſoluat vincula pctōꝝ noſtroꝝ. ⁊ preſtet nobis vitā eternā. ⁊ vt nos a pctis abſolutos mites faciat ⁊ caſtos Hinc etiam laudare nos hortat̄ ⁊ glorificare hūc diē. ꝓpter hoc q̄ euaſim⁹ de dñio diaboli ꝑ ip̄am. ⁊ venimus ꝑ fidē ⁊ gratiā dei ad regna celoꝝ. Et innuit h ꝑ ſile. faciēdo iſtam comparatōem. ſicut eñ ſtella maris preſtet ducatum ip̄is nautis. vt veniant ad portū. ita per ducatum virginis marie veniemus ad portū. i. ad chriſtum Et hoc eſt quod dr̄ (O ſtella maris) id eſt mundi (alma mater). i. ſctā genitrix (dei) ⁊ hois (atq̄) ꝑ ⁊. manēs (ſemꝑ virgo). ſ. ante partū. in partu. ⁊ poſt partū (felix porta) id ē ſctā ianua (celi) id ē paradiſi (aue) id ē ſalue vel ſine ve

**Sumens illud aue gabrielis ore. funda nos in pace mutans nomen eue.**

Et tu dei mater (ſumens) id ē accipiēs (illud aue) id ē illā ſalutatōnē angelicā (ore) id ē ab ore (gabrielis) illi⁹ angeli ſic dicti (funda). i. ꝯfirma vel colloca (nos in pace). i. in eterna beatitudine (mutans nomen eue) in aue. i. maledictōem eue in tuā benedictōem

**Solue vincla reis. profer lumen cecis. mala noſtra pelle bona cuncta poſce.**

Et q̄r tu ꝟgo dicta es ſtella maris. ⁊ q̄r tu mutaſti nomē eue. i. maledictōem eue deleuiſti. ⁊ impetraſti nobis bñdictōem. ⁊ ꝯfudiſti mortē tribuēs nobis vitā ꝑpetuā. ideo (ſolue). i. dimitte (reis) id ē pctōrib⁹ (vincula). i. ligamina pctōꝝ (ꝓfer) tribue (cecis) id ē infidelib⁹ (lumē). i. intellectū. ⁊ (pelle). i. remoue a nobis (mala nr̄a) id ē pctā noſtra (poſce) id ē poſtula a filio tuo (cūcta bona) ſupple ad ſalutē deſeruiētia

**Monſtra te eſſe matrem. ſumat per te precem qui pro nobis natus tulit eſſe tuus.**

Conſtrue O maria (monſtra) id ē oſtēde (te eē matrē) ſcʒ placādo filium tuū. ⁊ filius tuus (ſumat precē). i. deꝓcatōnem noſtrā (ꝑ te) ſcʒ matrē (qui) filius (tulit). i. ſuſtinuit vel voluit ſuſtinere (eſſe tuus natus). i. fili⁹ (pro nobis) ſc̄ pctōrib⁹

**Virgo ſingularis inter omnes mitis nos culpis ſolutos mites fac et caſtos.**

Et quia ſuſtinuit eſſe fili⁹ tu⁹. ideo (o virgo ſingularis) q̄r nulla ē tibi ſilis. q̄r fuiſti ꝟgo añ partū. ꝟgo in ꝑtu. ⁊ ꝟgo poſt partū (mitis inter om-

nes) alias mulieres (fac nos ſolutos) ſcʒ a culpis. ⁊ fac nos (mites) id eſt mãſuetos (⁊ caſtos) ſcʒ in corꝑe ⁊ aīa ſimul

Uitam preſta puram. iter para tutum. vt videntes ieſum ſemper colletemur.

Et qꝛ es mater caſtitatis. ⁊ ſuauitatis. ⁊ ꝟgo (p̄ſta). i. dona nobis (vitã purã. ⁊ para). i. p̄para (iter tutū). i. viã ſecurã (vt nos vidẽtes ieſum) filiū tuū (colletemur). i. ſimul gaudeam⁹ (ſꝑ) id ē in p̄nti ⁊ in futuro

Sit laus deo patri. ſummo chriſto decus. ſpiritui ſancto trinus honor. ⁊ vnus. Amen

Et qꝛ deſcẽdit dñs de⁹ noſter in vteꝝ ꝟginis ⁊c. ideo (laus). i. glĩa (ſit deo patri. ⁊ decus). i. reuerẽtia ſit (ſummo xp̄o). i. excelſo filio dei. ⁊ (ſpiritui ſancto ſit honor trin⁹) in ꝑſonis (⁊ vnus in eſſentia Amen

q Uem terra pontus ethera colunt adorant predicãt trinam regentẽ machinã clauſtrū marie baiulat

¶ Petrū in hoc hymno ē idẽ qđ in illo hymno Nocte ſurgẽtes Intẽtio hui⁹ hymni ē. ꝙ autor vult oñdere hoc (qđ ꝓphete de xp̄o nūciauerūt) in genitrice dei maria eē ꝯpletū. oñdit ſilr̄ q̄liter clauſtrū marie baiulauit xp̄m Et nota ꝙ de⁹ fecit hoiem de limo terre ⁊ poſuit eū in paradiſo voluptatis ⁊ ꝓhibuit ei ne comederet de ligno vite. qđ erat in medio paradiſi. ſʒ diabolo ſuadẽte eue. ⁊ eua poſtmodū ſilr̄ ſuadẽte ade ambo comedẽtes de ligno vetito diabolo placẽtes mortaliter peccauerūt ⁊ poſt pctm̄ tãte trãſgreſſionis de paradiſo terreſtri a dño eiecti ſe nudos eſſe cognouerūt Uidẽs ergo de⁹ ꝙ aliter nō poſſet redimere genus humanū niſi ꝑ feminã. vñ ⁊ in vteꝝ ꝟginis deſcẽdit humanū corpus aſſumẽs. ⁊ ita ſumus redẽpti. ⁊ a pctō liberati ꝑ feminã. vñ ⁊ ipi grates reddere tenemur Dictū eſt etiã ſupra ꝙ maria ſtella maris ē mater dei. ⁊ quē celū ⁊ terra capere nō poterãt in gremio ſuo portabat Conſtrue (clauſtrū marie). i. venter beate ꝟginis (baiulat). i. portat (regentẽ). i. gubernantẽ (trinã machinã) mūdi ſcʒ celū ⁊ terrã ⁊ mare vel trinã machinã aie. ſ. ꝯcupiſcibilitatẽ. rõnabilitatẽ. ⁊ ſenſualitatẽ (quē) deū (terra). i. boni hoies (pōtus). i. mali hoies (ethera). i. celeſtes creature (colūt) id ē honorãt (adorãt) id ē cõmendant (p̄dicant) id ē publicãt ſiue denūciant.

Cui luna ſol et omnia deſeruiunt per tempora. perfuſa celi gratia geſtant puelle viſcera

Dico ꝙ celū. i. celeſtes creature. terra. i. terreni. ⁊ oia ſiue celeſtia ſiue terreſtria laudãt ⁊ adorãt illū quē celū ⁊ terra capere nō poterãt ⁊ hoc. qꝛ viſcera puelle. ſ. ꝟginis marie (ꝑfuſa). i. repleta (grã celi). i. de rore celeſti (geſtãt) id ē portãt ſ. xp̄m deū (cui) xp̄o (luna). i. variatio lune (ſol) in curſu ſuo (⁊ oia) entia (deſeruiūt) id ē famulant (ꝑ tp̄a) id ē tp̄aliter

Beata mater munere. cuius ſupernus artifex mundum pugillo continens. ventris ſub archa clauſus eſt

Et qꝛ portauit xp̄m poſſumꝰ dicere q̄ ē (btā mater munere). i. dono filij (ſub cuiꝰ). ſ. mr̄is (arca vētris). i. vteri (ſupnꝰ artifex). i. ſummꝰ creator (ꝯtinens). i. ſeruans (mundū) vniuerſum (pugillo). i. ſub ſua poteſtate (clauſus eſt) id eſt portatus.

Beati celi nuncio. fecunda ſancto ſpiritu. deſideratus gentibus cuius per aluum fuſus eſt

¶ Et qꝛ ſupnus artifex clauſus ē ſub arca vētris ꝟginis marie poſſumꝰ bn̄ dicere. q̄ ꝟgo maria ſit (btā). i. ſctā (nuncio celi). i. angelica ſalutatōe ē fecūda). i. imp̄gnata (ſcrō ſpū. ꝑ cuiꝰ) sc ꝟginis (aluū). i. vterꝫ (deſideratꝰ gentibꝫ). i. populis (fuſus). i. natus eſt

o Glorioſa domina excelſa ſuper ſydera. qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere.

¶ Materia huiꝰ hymni ē. q̄ maria peperit ſaluatorē. Et qꝛ deꝰ ꝯtulit ei tantā grām q̄ ſaluatorē pareret ꝛc. facit autor apoſtrophā. i. ꝯuerſionem ad deū. ꝛ qꝛ deꝰ ꝯtulit ei tantā grām q̄ peperit ſaluatorē. ꝯuertit ſermonē ſuū ad ip̄am oſtēdēdo eā eē glioſam dicēs (O glioſa dn̄a). i. o ſpōſa dn̄i nr̄i (excelſa. i. eleuata (ſuꝑ ſydera). i. ſuꝑ oēs celos (lactaſti ſacro vbere). i. ex ſancto pectore. illū (q̄ creauit te ꝓuide). i. ſua eterna ꝓuidentia.

Quod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine. intrent vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es.

¶ Cōſtrue (Tu reddis). i. reſtituis (almo germine). ſ. ꝑ ſctm̄ filiū tuū (qd eua) exiſtēs (triſtis). i. doloroſa (abſtulit) a nob (ꝛ es facta feneſtra celi) id ē chriſti (vt flebiles). i. hoīes deflentes ptā ſua (intrēt aſtra). i. celos.

Tu regis alti ianua. tu porta lucis fulgida. vitam datam ꝑ virginem gentes redempte plaudite

¶ Dico q̄ hoīes deflentes ptā ſua intrēt celos. ꝛ vere. qꝛ tu facta es (ianua). i. oſtiū (alti regis). i. xp̄i. ꝛ tu facta es (fulgida porta). i. ſplēdida ianua (lucis). i. xp̄i q̄ ē vera lux q̄ illuminat oēm hoīem venientem in hunc mundū Joh. p̄mo. ꝛ o (gentes redempte) ſcꝫ a chriſto ꝑ paſſionem ſuam (plaudite). i. gaudete (vitā datā) sc eē (ꝑ ꝟginē) ſcꝫ mariam.

q Uod chorus vatum venerandus olim ſpirituſancto ceci-

nit repletus in dei factum genitrice conſtat eſſe maria.

¶ In hoc hymno agit autor de natiuitate xp̄i ꝛ q̄liter debet eſſe ꝯpletū
in maria qđ ꝓphete p̄dixerūt. qꝛ maria ꝯcepit ꝛ peperit filiū ꝛ ſymeon ga/
uiſus ſuſcepit eū in tēplo Dicimus ꝙ ꝗ ꝓphete ſenſerūt de aduētu ꝛ nati
uitate xp̄i Dicit em̄ Eſaias In medio duū aīaliū cognoſceris. i. inter bo/
uē ꝛ aſinū. ꝛ alibi Egredieť virga de radice ieſſe. ꝛ Abacuc ſentiēs de xp̄i
aduētu. ſilr̄ ait In medio duū aīaliū ꝛc. Et multi alij ꝓphete annūciaue/
rūt ꝛ ꝓphetauerūt de xp̄o. hoc totū ꝯpletū eſt in maria. qꝛ xp̄s ꝯcept᷒. na
tus. baptizatus. crucifixus. ꝛ in tēplo p̄ſentatus. ꝛ a iuſto ſymeone ꝛ ab
anna vidua ſuſcept᷒ eſt Vn̄ a p̄ſonis illis ꝗ dn̄o obuiauerūt iſtud feſtum
(in ꝗ iſte hymnus cātať hypante dn̄i dꝛ). i. obuiatio dn̄i. Cōſtrue. sᵉ il
lud (cōſtat). i. manifeſtū eſt (eſſe factū). i. impletū (in maria genitrice dei)
id ē matre xp̄i (qđ venerādus chorus). i. honorabil ꝯgregatio (vatū). i.
ꝓphetaꝝ (replet᷒). i. plenus (ſpū ſctō cecinit). i. ꝓphetauit (olim) id ē dudū

Hec deum celi dominumqꝫ terre virgo concepit peperitqꝫ virgo
atqꝫ poſt partum meruit manere inuiolata.

Et vere ꝯſtat eē factū qđ ꝓphete cecinerūt. qꝛ (hec) sᵉ maria (ꝯcipit vir
go deū celi ꝛ dn̄m terre. ꝛ peperit vgo) id ē in pariēdo vgo manſit (atqꝫ)
pro et (meruit) ſupple dicta vgo maria (manere) id eſt ꝑmanere (inuiola/
ta) id ē incorrupta poſt partum.

Quem ſenex iuſtus ſymeon in vlnas in domo ſumpſit domini.
gauiſus ob quod optauit videre proprio lumine chriſtum.

Cōſtrue (Quē) ſupple xp̄m (iuſt᷒ ſymeon ſenex). i. annoſus (ſumpſit)
id eſt ſuſcepit (in vlnas). i. in brachia (in domo dn̄i). i. in tēplo (gauiſus)
id ē letatus (videre). i. aſpicere (ob q̄d optauit). i. deſiderauit ꝑ multa tē/
pora ſcꝫ (videre xp̄m ꝓprio lumine) id ē ꝓprijs oculis.

Tu libens votis petimus precantum regis eterni genitrix faueto
claraqꝫ celſi renitens olympi regna petiſti.

Cōſtrue O (tu genitrix). i. mater (eterni regis) ſcꝫ xp̄i ꝗ caret p̄ncipio
ꝛ fine (petimus) tu (faueto) id ē ꝯcede (libens). i. libēter (votis p̄cantiū) id
eſt p̄cibꝫ famuloꝝ (qꝫ) pro et. ſupple tu (renitēs) id ē ſplendēs (petiſti) pro
accepiſti (clara regna olympi celſi) id ē alta celi

Sit deo noſtro decus ꝛ poteſtas. ſit ſalus perpes. ſit honor peren/
nis. qui poli ſumma reſidet in arce trinus ꝛ vnus. Amen

Conſtrue (decus ꝛ poteſtas. ſit deo noſtro. perpes ſalus ſit) id ē perpe
tua gl'ia (et ꝑennis honor ſit) deo noſtro (qui) ſcꝫ deus (reſidet in ſumma
arce poli) id ē in altitudine celi (trinus) in p̄ſonis (ꝛ vnus) in ſubſtātia

o Quã gloꝛifica luce coruſcãs ſtirpis dauidice regia ꝓles. ſub/
limis reſidẽs virgo maria. ſupra celigenas etheris oẽs.

¶ Hoc metrũ eſt tetrametrũ. Sunt aũt hic q̃ttuoꝛ ꝟſus. ⁊ in vnoq̃ꝗ
eoꝝ ſunt q̃ttuoꝛ pedes, quoꝝ ꝑmus eſt ſpõdeus. ſcd̃s iamb9. tercius da/
ctilus. q̃rtus eſt ſpõdeus ſiue trocheus ¶ Materia hui9 hymni eſt du
plex ꝯmẽdatio ipſius marie. tam a ꝓgenie q̃ȝ a meritis Commẽdatio a ꝓ
genie eſt. qꝛ ipa eſt de regia ſtirpe. ſ. de ſtirpe dauid. Commẽdatio autẽ a
meritis eſt. qꝛ ipa peperit ſaluatoꝛẽ noſtrũ Cãtat̃ aũt hymnus iſte in trã
ſitu ſiue obitu beate marie ꝟginis. q̃liter. ſ. trãſiuit de hoc mũdo ad regnũ
celoꝝ an ſolũ emittẽdo ſpiritũ. vel verũ aſſumpta fuit cũ corꝑe de q̃ dubi/
um eſt. ſed tamẽ melius eſt vt credamus eã aſſumptã eſſe a patre cũ coꝛ/
poꝛe ⁊ aĩa. dr̃ q̃ autoꝛ O regina ꝓles ſtirpis dauidice. o maria q̃ es ram9
ipſius dauid. Ipſe eñ fuit quercus a qua rami ꝓcedunt. ⁊ tu es ramus
ſtirps ⁊ ꝓles q̃ termini ponũtur ꝓ eodẽ. ſed nõ idẽ ſignificant. Eſt eñ pro
les q̃d aliunde hꝫ initiũ Stirps idẽ eſt qđ truncus a q̃ ramus. velut a pa
tre filius ꝓcedit Et hoc eſt qđ dr̃ O (q̃ȝ). i. q̃ñtũ. tu (regia ꝓles ſtirpis
dauidice) ſuꝑple es (coruſcans). i. ſplendida (gloꝛifica luce) id ẽ glorioſa
o maria tu dico (tu ſublimis). i. ſtans in ſublimi ſcꝫ celo (reſidẽs). i. ſedẽs
(ſupra omnes) celigenas (etheris). i. angelos genitos in celo. qꝛ in celo
fuerunt creati angeli a deo

Tu cũ virgineo mater honoꝛe. angeloꝛuꝫ dñõ pectoꝛis aulã ſa/
cris viſcerib9 caſta paraſti. natus hinc deus ẽ coꝛpoꝛe chꝛiſtus

Conſtrue O maria ſuꝑple exñs (mater caſta cũ ꝟgineo honoꝛe). i. per/
manẽs ꝟgo (paraſti aulã pectoꝛis). i. pectus tuũ (dñõ angeloꝝ. ſacris viſ
cerib9) ⁊ ideo (hinc). i. ex illis (natus eſt xp̃s deus) id eſt dignatus ẽ naſci
(corꝑe). i. q̃ñtũ ad coꝛpus. q̃a humanitatẽ ſumpſit a te

Quẽ cũctus venerãs oꝛbis adoꝛat. cui nũc rite genu flectit̃ oĩe
a quo nos petimus te ſubueniẽt abiectis tenebris gaudia lucis

Conſtrue (Quẽ) ſuꝑple xp̃m deũ (cũctus oꝛbis). i. tot9 mũdus (ve/
nerãs). i. honoꝛãs. ſͤ latria (cui). i. ad cui9 honoꝛẽ (oĩe genu) ſcꝫ celeſtiũ
⁊ terreſtriũ ⁊ infernoꝝ (flectit̃ nunc rite). i. debite (a quo). i. de q̃ (nos peti
mus te) ſcꝫ xp̃m (gaudia lucis) ſcꝫ eterne (ſubueniẽt) ſcꝫ poſt hanc vitam
(abiectis tenebꝛis). i. pctĩs remotis a nobis

Hec largire pater luminis omnis natũ ꝑ pꝛopꝛiũ flamine ſacro
qui tecũ nitida viuit in ethera. regnans ac moderans ſecula cuncta

Superius fecit autoꝛ preces ad beatam mariam virginem. ſed hic fa
cit preces ad deum patrem vt ipſe dignetur nobis dare q̃ pꝛomiſſa ſunt

(dicēs O (pater omīs luminis) id ē origo ꝛ factoꝛ totius claritatis (largi re) id ē dona nobis (hec) ſcʒ gaudia lucis (ꝑ ꝓpriū natū) id ē amoꝛem filij tui. ꝛ (ſacro flamine) id ē amoꝛe ſpūſſancti (qui) s. filius tuus (viuit tecum in nitida) id ē clara (ethera) id ē in celo (regnās) id ē gubernās (ac mode rans ſecula cuncta) id ē oēs gentes in hoc ſeculo exiſtētes

Martyris ecce dies agathe virginis emicat eximie. ſqua chriſtus eam ſociat ꝛ diadema duplex eam decoꝛat.

¶ Hunc hymnū Prudētius in honoꝛe ſancte agathe ꝯpoſuit in q̄ lau dat deū q̄ tantā ꝯſtātiā ꝯtulit ꝟgini agathe Cōſtrue (Ecce). i. videte (dies agathe martyris eximie). i. magne ꝟginis (emicat). i. valde ſplen det (qua) ſcʒ die (xp̄s ſociat). i. ꝯiūgit eā ſibi (ꝛ diadema) id ē duplex co rona. ſ. martyrij ꝛ caſtitatis (decoꝛat eam). i. honoꝛat

Stirpe decens elegans ſpecie. ſed magis actibus atqꝫ fidei terrea proſpera nil reputans. iuſſa dei ſibi coꝛde ligans

Conſtrue (decēs). i. nobilis s. fuit (ſtirpe). i. ꝓgenie (elegās ſpecie) id ē pulcra facie (ſʒ magis) s. eſt pulcra (actibꝫ atqꝫ fide). i. bonis opibꝫ fidei (nil reputās). i. eſtimās (proſpera terrea). i. terrenoꝝ ꝓſperitatē. ꝛ (ligās) id ē retinēs (ſibi coꝛde). i. in mēte (iuſſa dei). i. ꝑcepta dei

Foꝛtioꝛ hec trucibuſqꝫ viris. expoſuit ſua mēbra flagris pectoꝛe q̄ꝫ fuit valido. toꝛta mām̄illa hoc docet patulo.

Cōſtrue (q̄ꝫ) p et (hec). ſ. agatha (foꝛtioꝛ viris trucibꝫ). i. crudelibꝫ (ex poſuit ſua mēbra). i. dedit (flagris). i. ꝟberibꝫ ꝛ flagellis (mām̄illa toꝛta) ſcʒ a toꝛtoꝛibꝫ vexata ſiue punita (docet hoc). i. manifeſtat (patulo) id ē ap te (q̄ꝫ). i. q̄ꝫuis ip̄a agatha (fuit valido pectoꝛe). i. foꝛti mēte ꝛ coꝛpe

Delicie cui carcer erat. paſtoꝛ ouem petrus hanc recreat. inde ga uiſa magiſqꝫ flagrans. cuncta flagella cucurrit ouans

Conſtrue (cui) ſcʒ agathe (carcer erat delicie). i. pro delicijs vel loco de liciaꝝ (paſtoꝛ petrus recreat). i. ꝯſolat (hanc ouem). i. agathā ꝛ (inde ga uiſa). i. letata (ꝛ magis flagrans). i. ardēs in amoꝛe dei (cucurrit ouās) id ē gaudēs (cūcta flagella) id ē toꝛmēta

Ethnica turba rogum fugiens. huius ꝛ ip̄a meretur opem quos fidei titulus decoꝛat. his venerem magis ip̄a premat

Conſtrue (Ethnica turba). i. gentilis vel pagana que iuxta montem ethnam habitauit (fugiēs rogum) id eſt combuſtionem quia mons eth na ſemper ardet (ꝛ ip̄a) ſupple turba (meret opem) id ē. eſt auxilium (hu

ſus).ſ.agathe.q̄ ipa (magis ꝑmat).i.reſtringat (venerē).i.luxuriā (his) id ē illis hoīb; ibidē habitātib; (quos) s[c] hoīes (titulus) id ē honor vel ſignū (fidei decorat).i.honorat Et nota ꝙ q̄dā tpe mons ethna cepit
Catanensem tantū ardere vt multū periclitaret ciuitatē chartaginēſem. ⁊ ideo pagani venerūt ad ſepulchrū ſancte agathe ⁊ acceperūt velū in q̄ erat inuoluta ⁊ ꝓiecerūt in ignē ⁊ ſtatim ignis extinctus eſt

Jam renitens quaſi ſponſa polo. pro miſeris ſupplica domino ſic ſua feſta coli faciat ſe celebrantibus vt faueat

Conſtrue Tu agatha (renitens iam).i.ſplendēs (polo).i.in celo (q̄ſi ſponſa) ſcʒ xp̄i (ſupplica).i.aduoca (dn̄o ꝓ miſeris).i.ꝓ pctōrib; (vt faciat ſic ſua feſta) id ē ſuas ſolēnitates (coli) id ē celebrari (vt faueat) id ē det auxiliū (celebrātib; ſe) ſcʒ feſta deuote

// in Gloria cum patre ſit genito ſpiritui proui de ſacro. qui deus vnꝰ eſt omnipotens hanc noſtri faciat memorem. Amen.

Cōſtrue (Gloria ſit genito).i.filio (cū patre ſpiritui ſacro).i.ſctō (ꝓuide).i.rōnabiliter (q̄ deꝰ vnus eſt oīpotēs faciat hāc) ſcʒ agathā (memorē noſtri) id ē ꝙ agatha ſit memor illoꝝ q̄ hn̄t memoriā ſui Amen

Xpiſte ſanctorum decus atqʒ virtus. vita ⁊ forma via lux ⁊ author ſupplicū voto paritervʒ hymnuʒ ſuſcipe clemēs

¶ In hoc hymno agit autor de vita ⁊ habitu ſcti bn̄dicti. ⁊ de miraculis eiꝰ.ſ. de capiſterio fracto in puericia ſua ⁊ iterꝫ ſanato ⁊c. Intēdit etiā rogare deū vt nr̄a vota benigne ſuſcipiet ⁊ nr̄a pctā expellat. ⁊ fauorē ſuū tribuat ⁊ gratiā ſuā ꝯcedat meritis ſcti bn̄dicti Et h̄ eſt qd̄ dr̄ O tu (xp̄e decus).i.honor (sctoꝝ. atqʒ) ꝑ et (v̄tꝰ) qꝛ ꝑ te v̄tuoſi ſunt (⁊ vita) q̄a ꝑ te viuūt (⁊ forma) qꝛ te imitari dn̄t. vn̄ dixiſti Ego ſum via. veritas et vita via (via) qꝛ ꝑ te eunt ad patrē (lux) qꝛ ꝑ te illuminant̄ (⁊ autor) q̄a es dn̄s ſctitatis. ⁊ tu (clemēs).i.piꝰ vel miſericors (ſuſcipe).i.accipe (vota ſupplicū) id ē ꝓces ſupplicātiū. ⁊ (pariter hymnū) id ē canticū laudis

Qui tuum dudum benedictum ad te attrahens mire ſegregaſti mundo. vt probra mundi reprobare diſcens te ſequetur

Cōſtrue O tu (q̄ attrahēs dudū) id ē olim (tuū bn̄dictū ad te (ſegregaſti mire).i.mirabiliter (mūdo).i.a mūdo. ⁊ h̄ ideo (vt diſcēs reprobare) id ē ſpernere (probra mūdi).i.pctā (ſeq̄tur te) qꝛ dixiſti q̄ ſeq̄tur me nō ambulat in tenebris ſed habebit lucem vite

Cuius deuotum animum pueri gratia preſtans fidei valere qua valens mira precibus peregit mente fideli

¶ Cōſtrue (Cuius deuotū aīm) .i. religioſuȝ vl'humilē (cui⁹ pueri) .ſ. bn̄dicti (gr̄a fidei) s^c xpiane. de q̄ plen⁹ erat ſctūs bn̄dict⁹ (pſtans valere) .i. poſſe (q̄) gr̄a fidei s^c bn̄dict⁹ (valēs ꝑegit mira) .i. miracula (ꝑcib⁹) id eſt orōnib⁹ (mēte fideli) .i. cū firma ſpe vt in libro dialogoꝝ ꝑt inuenire.

Dehinc extendens pedem in remotis ardua ſcandens. cruciari malens corporis artus iuuenilis ardens amore caſto.

(Dehinc) .i. deinde ſupple bn̄dict⁹ (extendēs pedē) .i. viā (in remotiſ) s^c locis .ſ. eremo (malens) .i. magiſ volēs (artus) .i. mēbra (iuuenilis corporis cruciari) .i. puniri. ⁊ q̄re. qꝛ ipa erat (ardens) .i. feruens (caſto amore) ſcȝ dei (ſcandēs) .i. aſcendēs (ardua) .i. ad excelſa. qꝛ q̄tidie ambulabat de ꝟtute in ꝟtutē ſꝑ altiora petendo.

Gloriam patri reſonemus omnes. et tibi compar vtriuſqꝫ ſemꝑ ſpiritus alme vnus deus omni tempore ſecli

(Oēs reſonem⁹) .i. ꝑſoluam⁹ (gl'iam) .i. laudē (patri) ⁊ o (alme ſpūs) id ē ſctēſpūs q̄ es (ꝯpar) .i. eq̄lis (vtriuſqꝫ) ſcȝ patris ⁊ filij s^c xp̄ūs (vnus deus) cū eis (oī tp̄e ſeculi) .i. in eterna ſupple reſonemus tibi gl'iam

i Mbuit poſt hinc homines beatos regulis artis animos retundi. et iugo ſemꝑ domini polorum ſubdere colla

¶ Cōſtrue Supple bn̄dictus (imbuit) .i. docuit vl'repleuit (poſthinc) .i. deinde (beatos hoies) .i. bonos hoies (artiſ regulis) .i. ſtrictiſ obſeruātijs (retūdi) .i. refrenari (aīos) ſupple ſuꝑbos. ⁊ docuit (ſubdere colla) ſupple mētis (ſꝑ iugo) .i. p̄cepto (dn̄i poloꝝ) .i. celoꝝ

Ex quibus maurus ſedulus miniſter obſequens patri latice leuatum gurgite fontis puerum retractum

(Ex q̄b⁹) s^c ſanctiſ hoib⁹ ſctūs (maur⁹) fuit (ſedulus) .i. aſſiduus (miniſter) ſcȝ ſcti bn̄dicti. obſequēs (patri) ſcȝ bn̄dicto (traxit pueꝝ) ſcȝ ſubmerſum. pueꝝ dico (retractū) .i. attractū (gurgite fontis leuatū) .i. eleuatum (latice) .i. ex aqua equoris.

Huius o chriſte meritis precamur vt arceas iram. tribuas fauorem. gratiā preſtans veniamqꝫ nobis mitis ad omnes

(O chriſte p̄camur) .i. nos rogam⁹ (meritis) .i. ꝑ merita (hui⁹) ſcȝ ſancti bn̄dicti (vt arceas) .i. repellas a nob̄ (irā) .i. iracūdiā (⁊ tribuas fauorem) .i. auxiliū (preſtās grām) virtute (⁊ veniā) pctōꝝ. exiſtēs (nob̄) peccatorib⁹ (mitis) .i. ſuauis reſpiciēdo (ad oēs) ſupple hoiēs.

Prece oram⁹ d⁹ alme rector. vt fides noſtra vitijs reſiſtat. atqꝫ

virtutū miniſtret ſtudijs pectore puro Gliam patri reſonemus ꝛc.

(O alme deꝰ) xp̄e (rector).i. gubernator (oramꝰ).i. dep̄camur. ꝛ ideo (p̄be).i. ꝯcede nob (vt fides nr̄a reſiſtat vitijs) .i. pctis (atq; miniſtret) id ē ſeruiat (ſtudijs ꝟtutū puro pectore).i. mūdo corde

Iam chriſte ſol iuſticie noctis recedant tenebre. nunc mētis eat cecitas. virtutum et lux redeat

¶ In hoc hymno rogat autor deū vt in hoc ſacro tp̄e tribuat nob cor penitens. ꝛ q̄s lōganimitate pietatis expectat ſua benignitate ad ſe ꝯuertat et h̄ ē qđ dt O (xp̄e ſol iuſticie).i. ſplēdor pietatꝭ (tenebre noctis) .i. pctā noſtra (recedāt nūc ꝛ cecitas mētis eat).i. recedat (nūc).i. in p̄ſenti tp̄e (et lux ꝟtutū).i. ꝟtutes bonoꝝ opeꝝ (redeat).i. reuertant.

Da tempus acceptabile et penitens cor tribue. ne nos vacuos tranſeat hoc quod benigne prerogas.

O chriſte (da tp̄s acceptabile).i. ꝯgruū ad penitentiā. q2 an̄ xp̄i paſſionem. ſ. in veteri teſtamēto nō erat tale tp̄s. q2 oculus ꝓ oculo ꝛ dens pro dente dabat. mō aūt nō ē ſic (ꝛ tribue) nobis (cor penitens. ne) ꝓut non. (tranſeat).i. p̄tereat (nos) pctōres (vacuos) virtutib9 (qđ p̄rogas).i. interpellas apud deū patrē (benigne).i. miſericorditer

Quiddamq; penitentie da ferre licet grandium maiori tuo munere quod demptio ſit criminum

O chriſte (da quiddā).i. paululū (penitētie ferre).i. pati (nobis) peccatoribꝰ (quod).i. ꝓpter quā penitentiā (demptio).i. ablutio (criminū) id eſt peccatoꝝ (ſit licet) ꝓ q̄uis (grandiū) id eſt magnoꝝ peccatoꝝ ꝛ hoc (tuo munere) maiori omnibꝰ criminibꝰ

Dies venit dies tua in qua reflorent omnia. letemur in hac vt ꝑ tuam per hanc reducti gratiam

Vere debes dare penitentiā. q2 iudicij (dies vl' paſchalis feſtiuitas venit).i. appropinquat (dies dico tua. in qua) sc̄ die (oia) ſcȝ mentes hoīm (reflorēt).i. nitcant virtutibꝰ. ideo (letemur) .i. gaudeamꝰ (in hac) die ſolenni (vt reducti).i. ſicut redēpti ſumus (ꝑ hanc tuā grām) q2 redemiſti nos a diabolica poteſtate ꝛ ſaluaſti nos a peccatis noſtris ꝛc.

Te iterum vniuerſitas clemens adorat trinitas. et nos noui per veniam nouum canamus canticum

Et ideo (o clemens trinitas) in ꝑſonis. ꝛ vnitas in eſſentia (vniuerſi-

tas rerum).i.vniuerſa creatura (adoret te.ꝛ nos) q facti ſumus (noui ꝑ veniā).i.ꝑ tuā grām (canamus).i.decantemus (canticū nouū).i.iubilū. Jubilus em̄ eſt qđ nec mente ꝯcipi nec voce exꝑmi poteſt

Preſta beata trinitas.concede ſimplex vnitas. vt fructuoſa ſint tuis ieiuniorum munera

(O beata trinitas) in pſonis (preſta).i.dona (ꝛ o ſimplex vnitas).i.in eſſentia (ꝯcede).i.tribue nobis (vt munera ieiunioꝝ).i.abſtinentiarum (ſint fructuoſa).i.fructus bonos ferentia (tuis) ſuꝑple fidelibꝫ

Audi benigne conditor noſtras preces cum laudibꝫ in hoc ſacro ieiunio fuſas quadragenario.

¶ Materia huiꝰ hymni ē ꝯmendatio ieiunij. Et hortaṫ nos ieiunare et deo ſeruire.ꝛ hoc tꝑe ieiunij in orōnibꝫ plus q̄ꝫ in alijs tꝑibꝫ inſiſtere debemus.vt in die iudicij vitā habeamꝰ eternā.ꝛ h̄ ē qđ dt (O benigne coditor).i.creator oīm reꝝ (audi p̄ces noſtras cū laudibꝫ).i.cū hymnis.preces dico (fuſas).i.effuſas (in hoc ſacro q̄dragenario ieiunio).i.numero q̄draginta dieꝝ in q̄bꝫ digne ieiunare debemus

Scrutator alme cordiū infirma tu ſcis virium.ad te reuerſis exhibe remiſſionis gratiam.

Et qꝛ fundimus p̄ces (O alme ſcrutator).i.inq̄ſitor (cordiū) noſtrorū.bn̄ dico ſcrutator.qꝛ (tu ſcis).i.cognoſcis (infirma viriū) ideo (exhibe) id ē dona (reuerſis ad te).i.penitentibꝫ (remiſſionis gratiā)

Multum quidem peccauimus. ſed parce confitētibꝫ ad laudē tui nominis confer medelam languidis

(Nos peccauimus q̄dē multū.ſꝫ parce ꝯfitētibꝫ) pctā ſua (ꝛ ꝯfer languidis).i.pctōribꝫ (medelā).i.remiſſionē (ad laudē tui noīs)

Sic corpus extra conteri dona per abſtinētiam ieiunet vt mens ſobria a labe prorſus criminum

Et ꝯferēdo ſic medicinā (dona corpꝰ ꝯteri).i.caſtigari (extra ꝑ abſtinētiā ꝛ dona vt ſobria mens ieiunet prorſus).i.oīno (a labe criminū).i.pctōꝝ.

Ecce nunc tempus idoneum medicina peccaminū quibꝫ deum offendimus corde verbis operibus

¶ In hoc hymno hortatur nos author vt ab oīni peccato abſtineamus et rogemus deum cum lachrymis ꝛ precibus vt ipſe remittat nobis pec-

cata nr̄a. ⁊ nos mūdet ab oī vitio in tp̄e hui⁹ ieiunij. q꞉ xp̄s pius ē ⁊ miſe-ricors. ⁊ h̄ ē qđ đr O fratres (ecce tp̄s idoneū). i. ꝯgruū ad petā remittē-dū qđ xp̄s ē (medicina peccaminū). i. petōꝝ (q̄bus) ſupple petis (offendimus deū corde). i. vana cogitatōe (verbis). i. iniquis ſermonibꝫ ⁊ turpi-loquijs (operibꝫ). i. prauis ⁊ illicitis actibꝫ.

Qui pius ⁊ propicius nobis pepercit hactenus. ne nos cum noſtris perderet tantis iniquitatibus

¶ Dico q̄ v̄bo ⁊ oꝑe deū offendim⁹ (q̄) ſcʒ de⁹ exn̄s (pius ⁊ ꝓpici⁹). i. miſericors (ꝑpcit nob̄ hacten⁹). i. hucuſqꝫ ne ſꝫm mala nr̄a oꝑa (nos pariter cū nr̄is tātis iniq̄tatibꝫ ꝑderet). i. ꝯdēnaret. ſꝫ ita ꝑpcit nob̄ vt mediante paterno auxilio ad xp̄m veniam⁹ ⁊ amodo ī bonis oꝑibꝫ ꝑſeuerem⁹

Hunc igitur ieiunijs cum precibus et lachrymis multiſqꝫ bonis alijs placemus deuotiſſime

¶ Et q꞉ ꝑpcit nob̄ miſericorditer (ꝗ placem⁹). i. placatū nob̄ faciamus (hūc) ſcʒ deū. ⁊ quō (ieiunijs). i. cū abſtinētia cibi ⁊ potus. ⁊ (cū p̄cibꝫ) id eſt cū orōnibꝫ aſſiduis. q꞉ ip̄e ait Petite ⁊ accipietꝭ. ⁊ alibi đr. Amē amē dico vobis quicq̄d orantes petieritis petite et fiet vobis

Ut nos a cunctis ſordibus purgans ornet virtutibus. angelicis ⁊ cetibus nos iungat in celeſtibus

¶ Dixi q̄ placem⁹ eū deuotiſſime (vt ip̄e purgās nos a cūctis ſordibꝫ et p̄tis ornet nos v̄tutibꝫ) ⁊ faciat nos ꝑſeuerare in eis. ⁊ q̄ (iungat nos angelicis cetibꝫ in celeſtibꝫ) in regno celoꝝ.

Sit benedictus genitor eiuſqꝫ vnigenitus cum ſpiritu paraclito in ſempiterna ſecula Amen

(Genitor). i. deus pater (ſit bn̄dictus ⁊ ei⁹ vnigenitus). i. xp̄s q̄ ē filius dei (cū ſp̄ū paraclito). i. ꝯſolatore) in ſempiterna ſecula. Amen

Clarum decus ieiunij monſtratur orbi celitus. quod xp̄us author omnium cibis dicauit abſtinēs

¶ In h̄ p̄ſenti hymno hortat̄ nos ⁊ admonet autor ieiunioꝝ obſeruātiā et autoritatē habere a xp̄o ⁊ efficaciā. ⁊ vt antiq̄ patres moiſes helyas conſequuti ſunt vitā eternā, ita ⁊ nos ꝯſeq̄mur. Cōſtructio (claꝝ deus ieiunij). i. ꝯmēdabile ieiuniū (mōſtrat̄). i. dat̄ (orbi). i. mūdo (celitus). i. de celo (qđ) ieiuniū (xp̄s) exiſtēs (autor). i. creator (oīm reꝝ (dicauit). i. ſanctificauit (abſtinēs cibis). i. a cibis

Hoc moiſes charus deo legiſqꝫ lator factus ē. hoc heliam ꝑ aera

curru leuauit igneo

(Moyſes factus es charus).i.dilectus(deo hoc)ſc.ieiunio.i.ꝑ ħ ieiuniū(qꝛ)ꝓ ⁊ moyſes factꝰ eſt(legiſlator).i.dator legis diuine(ħ).i.ꝑ ħ ieiuniū.⁊(ħ)ſc.ieiuniū(leuauit).i.vexit(helyā)illū ꝓpheta̅(igneo curru) id ē in q̄driga ignea(ꝑ aera).i.ꝑ aerē.qꝛ cū helias trāſgreſſus eēt iordanē cū diſcipulo ſuo helizeo fugiēs ꝑſequutōnes Jezabel raptus eſt helyas in curru igneo in paradiſum terreſtrē.pallio ſuo dimiſſo.helizeus aūt pallio leuato reuerſus eſt ad iordanē ⁊ ꝑcutiēs aquā cū pallio.ceſſit aqua iordanis.⁊ tranſiuit ꝓpheta ſicco pede

Hinc daniel myſteria victor leonum viderat. per hoc amicus intimus ſponſi Joannes claruit

(Daniel)ille ꝓpheta exn̄s(victor leonū).i.leones nō nocuerūt ei(viderat)ſc.ꝑ ſpm̄ſanctū(myſteria).i.ſecreta q̄ nemo aliꝰ ſcire potuit(hinc) id ē ꝑ hoc ieiuniū.⁊(ioānes)baptiſta(claruit).i.factꝰ ē(intimus amicus ſpōſi).i.chriſti(ꝑ hoc)ſuꝑple ieiunium.

Hec nos ſequi dona deus per exempla parſimonie.tu robur augementium dans ſpiritale gaudium.

Et qꝛ iſti amici ſpōſi facti ſunt ꝑ ħ ieiuniū(o deꝰ dona).i.ꝯcede(nos) chriſtianos(ſeq̄).i.imitari(hec)ſc.ieiunia(ꝑ exēpla parſimonie).i.abſtinētie cibi ⁊ potꝰ ⁊(tu auge robur).i.fortitudinē(mētiū).i.cordiū(dās) id ē donās(ſpiritale gaudiū(.i.leticiā ſpiritus

Preſta pater per filium,preſta per almum ſpiritum.cum his per euum.triplici vnus deus cognomine.

O(pater preſta).i.dona nobis hec q̄ ſupra petiuimꝰ(ꝑ filiū)tuū vnigenitū.⁊(preſta ꝑ almū ſpiritū)tu dico exn̄s(vnus deꝰ)in eſſentia(cum his).i.cū filio ⁊ ſpūſancto(triplici cognomine).i.ſub tribꝰ noībus diſtinctis(ꝑ euū).i.eternaliter vel imperpetuū.

e X more docti myſtico ſeruemus hoc ieiunium. deno dierum circulo ducto quater notiſſimo

Materia huiꝰ hymni ē ꝯmēdatio ieiunij ⁊ hortat nos ieiunare ⁊ deo ſeruire.⁊ ħ tpe ieiunij in orōibꝰ ⁊ bonis opibꝰ plus q̄ i alijs diebꝰ. vt inde habeamꝰ vitā eternā.⁊ ħ ē qđ dr̄ O fratres(nos docti).i.inſtructi(ex myſtico more).i.ex figurata ꝯſuetudine(ſeruemꝰ ħ ieiuniū)in q̄ mō ſumꝰ.i.caſte ⁊ honeſte(deno circulo).i.denario numero(dieꝝ notiſſimo).i.manifeſtiſſimo(ducto).i.multiplicato(quater).i.ꝑ quattuor

Lex et prophete primitus hoc pertulerunt poſtmodum chriſtus ſacrauit omnium rex factor atq̄ temporum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(Lex) data ꝑ moyſen (ꝛ ꝓphete) ſcꝫ helyas ꝛ alij (pertulerunt hoc) ie iunium (primitus) .i. primo. ꝛ (xp̄s rex oim̄) hoim (atq̄ꝫ) pro ꝛ (factoꝛ) .i. creatoꝛ (tempoꝝ ſacrauit) id ē ſanctificauit illud (poſtmodum) id eſt poſt moyſen ꝛ ꝓphetas. qꝛ ieiunauit ꝑ quadraginta dies donans nobis exem plum. vt etiam ieiunemus

**Vtamur ergo parcius verbis cibis ꝛ potibus ſomno iocis ꝛ ar tius perſtemus in cuſtodia.**

Et qꝛ ꝓphete ꝛ poſtea xp̄s ꝯſecrauerūt hoc ieiuniū (ergo vtamur par cius) id ē tēperātius (verbis) inutilibꝫ (cibis ꝛ potibꝫ) id eſt a ſupfluitate comeſtionis ꝛ ab ebrietate. qꝛ mediāte crapula nos labimur in peius. nā venter mero eſtuās de facili ſpumeſcit in libidinē. ꝛ nō ſolū iſtis vtamur parcius. ſed etiā (ſomno) nimio (ꝛ iocis) illicitis (ꝛ ꝑſtemus) id ē ꝑſeueremus (artius) id ē fortiꝰ (in cuſtodia) anime noſtre.

**Vitemus ante peſſima queq̄ꝫ ſubruūt mentes vagas nullumq̄ꝫ demus callido hoſti locum tyrannidis**

Dico ꝙ relictis vicijs ꝑſtemus in cuſtodia ꝟtutū. ꝛ (vitemus) id ē ab ijciamus a nobis (ante) id ē ꝑus (peſſima) id ē pctā vel praua opera (que q̄ꝫ ſubruūt) id ē opprimūt (mētes vagas) id ē ad malū ꝓnas (q̄ꝫ) ꝓꝛ (nul lū locum) id ē nullā occaſionē (tyrannidis) id eſt crudelitatis ſiue pcti (de mus callido hoſti) id ē diabolo

**D Icamus oēs cernui clamemus atq̄ꝫ ſinguli ploremus an te iudicem flectamus iram vindicem**

¶ In hoc hymno hortaꝛ nos autoꝛ vt rogemus deū cū pcibꝫ ꝛ lachry mis. vt ipe auertat a nob irā ſuā ꝛ dimittat nobis delicta nr̄a. ꝛ h̄ ē qḋ dc nos (oēs) exiſtētes (cernui) .i. humiles (dicamꝰ) .i. rogemꝰ (atq̄ꝫ) ꝓ ꝛ (ſin guli) .i. oēs (clamemus) ad deū. ꝛ (ploremus an̄ iudicē) id ē xp̄m (flecta mus) id ē placemꝰ (vindicē irā) ſcꝫ xp̄i quā hꝫ aduerſus nos.

**Noſtris malis offendimus tuam deus clemētiā. effunde nobis deſuper remiſſoꝛ indulgentiam**

O (deus offendimꝰ) .i. irritauimꝰ (tuā clemētiā) .i. benignitatē (nr̄is malis) .i. ꝑ pctā nr̄a. ꝛ qꝛ tu pius es ꝛ miſericoꝛs ꝛ dixiſti. nolo mortē pctō ris. ſꝫ magꝫ vt ꝯuertaꝛ ꝛ viuat. iō (o remiſſoꝛ) .i. ꝯdonatoꝛ delictoꝝ (effun de) .i. mitte (nobis deſup) id ē de celo (indulgētiā) .i. remiſſionē pctōrum

**Memento ꝙ ſumus tui licet caduci plaſmatis. ne des honorem nominis tui precamur alteri.**

Et emittere debes nob de celo veniam. qꝛ nos redimiſti ſanguine tuo ꝛ ideo o dn̄e (memēto) .i. recordare (ꝙ ſumꝰ tui) famuli (licꝫ) ꝑ ꝯ̄uis (ca

duci)id ē fragilis(plaſmatis)ſcȝ ade(p̄camur)id ē rogamus(ne des-ho
norē nois tui)ſcȝ nos xp̄ianos q̄ a noie tuo vocati ſumus xp̄iani(alteri)
id ē inimico humani generis.ſ.diabolo

**Laxa malū quod geſſimus.auge bonū quod poſcimus.placere
ꝙ tandem tibi poſſimus hic ⁊ perpetim.**

Et qꝛ alter nō debet occupare honorē nois tui rogam⁹ te(laxa)id ē di-
mitte nob(malū).i.pctm̄(qđ geſſim⁹).i.qđ male fecim⁹(auge).i.augmē
ta(bonū qđ poſcim⁹)a te(ꝙ poſſim⁹).i.valeam⁹(tādē).i.vltimo(place
re tibi)xp̄o(hic)id ē in p̄nti(⁊ ꝑpetim)id ē in ꝑpetuū

v **Exilla regis prodeunt fulget crucis myſteriū quo carne car-
nis conditor ſuſpenſus eſt patibulo.**

¶ Materia hui⁹ hymni ē talis. vt dr̄ btūs Ambro. Paſſio dn̄i venit
⁊ qꝛ venit debemus de ipa aliqđ dicere. Dicam⁹ q̄ ꝙ vexilla regis xp̄i iā
ꝓdeūt. vexilla em̄ xp̄i ſunt baptiſmus.ſacramētū altaris.⁊ alia ſacramen
ta eccl̄ie Cōſtrue(Vexilla)id ē ſigna(regis)id ē xp̄i(ꝓdeūt)id ē appa
rēt(myſteriū)id ē ſacrificiū(crucis fulget).i.claret. qꝛ expugnauit diabo-
lū(q̄)myſterio(ꝯditor)id ē creator(carnis ſuſpēſus ē carne)id ē cū corpe
ſuo ꝓprio(patibulo)id ē in cruce

**Confixa clauis viſcera tendens manus veſtigia redemptōis gra
tia.hinc immolata eſt hoſtia**

Ergo dixi ꝙ xp̄s ſuſpēſus ē patibulo.i.in cruce.⁊ ideo xp̄s ē hoſtia im
molata.vel talis ē littera.ſ.in ara crucis(gr̄a redēptōis).i.ſaluatio gn̄is
humani(tendēs).i.extēdēs(man⁹)ſcȝ ſuas in cruce(⁊ tēdēs veſtigiu ſan
guinis ipi⁹.⁊ ꝑ h̄ notat ꝙ ſanguis fluxerat ꝑ totū corp⁹ ipi⁹.tēdens dico
viſcera innumerabilia.qꝛ in tm̄ fuit extēſus xp̄s in cruce ꝙ oia mēbra ipi
us poterant numerari(ꝯfixa)id ē ꝑforata(clauis)claui em̄ ſunt positi in
manib⁊.⁊ pedib⁊ ſuis.⁊ lācea in latere ſuo.⁊ inde exiuit ſanguis ⁊ aqua ex
inde dico manauit ſanguis redēptōnis noſtre ⁊ aqua baptiſmatis ex qb⁊
nos xp̄iani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate.

**Quo vulneratus inſuper mucrone dire lancee.vt nos lauaret cri
mine.manauit vnda ſanguine.**

Ecce myſteriū crucis fulget ꝑ totū mundū. qꝛ ꝑ crucē habemus alta-
re.ꝑ corpus xp̄i hoſtiā.ꝑ ſanguinē vinū.⁊ ꝑ ſudorē aquā. ex qb⁊ ſacrificiū
facimus ſingulariter.qꝛ ex imolatōe crucis ſibi fit altare.⁊ ideo ꝑ crucem
habem⁹ altare.in q̄ ſacrificam⁹(quo).i.in q̄ patibulo s. ipe ꝯditor(vul-
nerat⁹ inſup).i.ſup vulneratōnem clauoꝝ(mucrone).i.acumine(dire lan
cee).i.crudelis cuſpidis.⁊ ad qđ.ad hoc.ſ.(vt lauaret nos a crimine).i.a
pctis(vnda).i.aqua(manauit).i.effluxit(ſanguine).i.cū ſanguine.

Impleta ſunt que cecinit dauid fidelis carmine. dicendo natio-nibus regnauit a ligno deus

Et ex eo tꝑe ꝑpetrata ſunt q̃ ſcripta ſunt de xp̄o ꝑ ꝓphas vn̄ ip̄e ſumēs acetū in cruce cū ſpongia dixit Cōſummatū ē. ⁊ h̄ eſt qd̄ dr̄ Illa (ſunt impleta) .i. cōpleta in xp̄o (q̃ dauid cecinit) .i. ꝓphetauit. ex̄ n̄s (fidelis) .i. certificatus (carmine) .ſ. in pſalterio (dicendo) .i. ꝓpherādo (natōnibꝫ) .i. oibꝫ gentibꝫ (deꝰ regnauit a ligno) ſuꝑple crucis. qꝛ poſt paſſionē ⁊ mortē ſuaꝫ amariſſimā reſurrexit eternaliter regnaturus

Arbor decora ⁊ fulgida ornata regis purpura. electa digno ſtipite tam ſancta membra tangere.

Et quia pependit in cruce poſſumus ꝓferre vocē admiratiōis dicētes O (decora ⁊ fulgida arbor ornata) .i. fulcita (purpura) id ē ſanguine (regis) .i. chriſti (electa tangere) .i. portare (tam ſancta mēbra) .ſ. xp̄i (digno ſtipite) id ē in ſancto trunco.

Beata cuius brachijs ſecli pependit precium ſtatera facta corporis. predamqꝫ tulit tartaris.

Cōſtrue (beata) ſc arbor vel crux (cuiꝰ brachijs) .i. cornibꝫ (p̄ciū ſecli) id ē mūdi (pepēdit) arbor dico (facta ſtatera) id ē trutina (corporis) chriſti (qꝫ) per (tulit) .i. abſtulit (tartaris) .i. ex infernis (predā) .i. ſpolia. q̄a deſcēdit ad inferna liberās aīas ſanctoꝝ.

O crux aue ſpes vnica hoc paſſionis tēpore. auge pijs iuſticiā. reiſqꝫ dona veniam.

¶ Hic ſermo ad crucem dirigitur Conſtrue (O crux) ſc exiſtens (vnica ſpes) noſtra (aue) .i. ſalue (auge) .i. multiplica (iuſticiā pijs) .i. pietatem habētibꝫ (hoc tꝑe paſſionis) ⁊ (dona veniam) .i. remiſſionē peccatorum (reis) id ē peccatoribꝫ

Te ſumma deus trinitas collaudat omnis ſpiritꝰ. quos per crucis myſterium ſaluas rege per ſecula. Amen.

Et qꝛ nos redemit ſuo ſanguine. ideo o (ſumma trinitas) .i. o deꝰ oīpotēs q̄ es trinus in ꝑſonis (oīs ſpūs collauſtaēte) et (quos) ſcꝫ hoies (ſaluas) .i. liberas (ꝑ myſteriū crucis) .i. ꝑ paſſionē (rege ꝑ ſecl'a) cūcta. Amē

P Ange lingua glorioſi prelium certaminis. et ſuper crucis tropheum dic triumphuꝫ nobilem qualiter redemptor orbis immolatus vicerit.

¶ Hymnus iſte ꝯtinuatur ſuperiori Dixerat eñ q̄ dn̄s poſitus fuerat in cruce. ⁊ latus eius perforatum lancea. ⁊ ſic deprecamur eum q̄ ſicut

mortuus eſt.i.ſicut corpus qđ aſſumpſit in ꝟgine ⁊ in cruce dimiſit.⁊ ad inferna deſcēdit ⁊ cū diabolo pugnauit ⁊ eū ſupauit. ſic faciat nos vincere cūcta nob̄ aduerſaria.ſ.diabolū ⁊ mūdū cū ꝯcupiſcētia ſua ⁊ domeſticū inimicū.ſ.carnē.de q̄ dr̄. Quāto famoſior tāto piculoſior. Et h̄ eſt qđ dr̄. O (ligua pāge).i.manifeſta (pliū certaminis glioſi).i.victoriā quā xp̄s obtinuit moriēdo ſm̄ carnē qn̄ vicit mortē morte ſua. vn̄ ipe ait O mors ero mors tua ⁊c̄.(⁊ dic triūphū nobilē) de inimicis fugatis (ſup trophe/um).i.victoriā (crucis) ſc̄ ſctē (q̄liter redēptor).i.liberator (orbis).i.totiꝰ mūdi (imolatꝰ) in ara crucis (vicerit) ſc̄ diabolū ¶ Et nota ꝙ an̄ paſſionē xp̄i diabolꝰ duas manꝰ.i.ptātes.ſ.in corpe ⁊ aīa homis habuit. qꝛ q̄ſdā in corpe ⁊ in aīa.q̄ſdā tm̄ in oīa poſt mortē tpalē trahebat ad ſe.ſed mō poſt paſſionē xp̄i vnā hꝫ.ſ.de duab̄ poteſtatib̄ ⁊ amiſit vnā.

De parentis protoplaſti fraude factor condolens quando pomi noxialis morſu in mortem corruit. ipſe lignum tunc notauit damna ligni vt ſolueret

¶ In hoc loco antipoforiſat autor. qꝛ aliq̄s forte diceret q̄re fuit xp̄s immolatus. R̄ndet. qꝛ ꝯdoluit de deceptōe p̄mi parētis.ſ.ade. Et h̄ eſt qđ dr̄ (factor).i.ꝯditor (ꝯdolens de fraude parentis) noſtri ade (proto/plaſti).i.p̄mi hoīs formati (qn̄ corruit).i.cecidit p̄mus parēs (in mortē) et hoc (morſu pomi noxialis).i.nociui (ipe) xp̄s (tūc notauit) pordinādo ſignauit (lignū) ſue crucis (vt ſolueret).i.recuperaret (damna ligni) ſcꝫ q̄ venerant ꝑ lignū vetitum.

Hoc opus noſtre ſalutis ordo depopoſcerat multiformis ꝓdi/toris ars vt artē falleret.⁊ medelā ferret inde. vn̄ hoſtis leſerat

Bene dico ꝙ xp̄s tūc notauit lignū. vt ſolueret dāna ligni. quia nullo alio mō poteramus recuperari ⁊ hoc aggredit̄ dicere (Ordo noſtre ſalu tis. depopoſcerat hoc opus).ſ.vt deus carnē ſumeret.⁊ patibulū crucis ſubiret. vt ꝑ lignū dāna ligni reſoluerent̄ (vt ars).i.deus q̄ eſt artifex oīm reꝝ (falleret).i.deſtrueret (artem multiformis ꝓditoris).i.diaboli (⁊ fer ret inde).i.ex illo ligno (medelā).i.ſalutē oīm gentiū (vn̄).i.de quo ligno (hoſtis).i.diabolus (leſerat).i.nocuerat

Quando venit ergo ſacri plenitudo tp̄is miſſus eſt ab arce pa/tris natus orbis ꝯditor. atqꝫ ventre ꝟginali caro factus ꝓdijt.

(Ergo qn̄).i.poſtq̄ꝫ (plenitudo tp̄is).i.vltima etas (venit).i.appro/pinquit (natus).i.filꝰ (ꝯditor).i.creator (orbis).i.mūdi (miſſus eſt ab arce).i.ſummitate (patris) ſc̄ in mūdū (atqꝫ factꝰ caro).i.carnalis (ꝓ/dijt) exijt (vētre ꝟginali) Et nota ꝙ ſicut flos ſine macula pulcher ⁊ olēs ac ſuauis naſcit̄.ita xp̄s ſine ſemīe ⁊ ſine crimīe de vtero ꝟgis marie ꝓdijt

Uagit infans inter arcta poſitus pſepia. membra pānis inuolu-
ta vgo mater alligat. pedes manuſq; crura ſtricta cingit faſcia

Cōſtrue (Infans). i. xp̄s (poſitus inter arta pſepia). i. anguſta pſepia (vagit). i. plangit. ¶ Et nota ꝙ vagire eſt ꝓpriū pueroꝝ (vgo) maria (mater) ſua (alligat membra) ſua (inuoluta pannis ⁊ ſtricta faſcia). i. vi-tella (cingit pedes ⁊ manus ⁊ crura)

Gloria et honor deo vſq;quo altiſſimo vna patri filioq; inclyto
paraclito. cui laus ⁊ poteſtas p eterna ſecula Amen.

Cōſtrue (Gloria. ⁊ honor vſq;q̄). i. vbiq; s[c] ſit (deo altiſſimo vna). i. eq̄liter patri ⁊ filio (inclyto). i. glioſo (⁊ paraclito). i. ſpūiſancto ſit laus et glia. ſimilr eq̄lis gloria coeterna maieſtas trino in pſonis. ⁊ vni deo (cui laus eſt ⁊ poteſtas p eterna ſecula Amen)

l Uſtra ſex qui iam peracta tempus implens corporis ſe
volente natus ad hoc paſſioni deditus agnus in cruce le-
uatur immolandus ſtipite.

¶ Nota ꝙ luſtrū dr ſpaciū q̄nq; annoꝝ. ⁊ dr a luſtrādo. eo ꝙ romani luſtrabāt p ſpaciū q̄nq; annoꝝ in capite anni totā romā ⁊ nos ſilr p quinq; etates debem⁹ luſtrare totā romā. i. ſanctā ecclīam. vincentē inimicos
¶ Hymn⁹ iſte ſic ꝯtinuat. xp̄s carnalr erat. xxx. annoꝝ cū eēt dedit⁹ paſſioni. Luſtra ſex ⁊c. Et nota accuſatiui ⁊ ablatiui caſus pn̄t ibi legi. Ablatiui ſic legunt (agnus q̄ eſt iplens tp̄s). i. etatē corpis hūani (ſex luſtris iā pactis) ⁊ ē ibi poſitio caſus p caſu. melius tn̄ eſt vt acci ibi legāt ſic (agn⁹). i. xp̄s (q̄ ē implēs tp̄s). i. etatē (corpis) humani (ſex luſtra). i. triginta annos (iam pacta). i. ꝯpleta (deditus). i. dat⁹ (paſſioni) s[c] acerbe (natus ad h̄). i. ad illā paſſionē (ſe volente). i. ſponte ſua leuat in cruce (immolandus) ſacrificandus (ſtipite). i. in ligno

Hic aceto fel arundo ſputa clauis lancea mite corp⁹ pforat ſan-
guis vnda pfluit. terra pontus aſtra mundus q̄ lauant flumine

Cōſtrue (Hic). i. in cruce dederūt ei fel mixtū cū aceto (arundo) id eſt calamus (tradit ei in ſignū deriſionis p ſceptro. ⁊ pter hec (ſputa) s[c] adhibita ſunt ei (corpus mite). i. ſuaue (pforat cū clauis ⁊ lācea) ⁊ inde (ſanguis ⁊ vnda). i. aqua (pfluit). i. exiuit de corpe eius (q̄ flumine). i. q̄ ſanguinis ⁊ aq̄ effuſiōe (terra). i. hūiles (pont⁹). i. fluctuātes vitio (aſtra) id ē iuſti (⁊ mūd⁹). i. mūdani (lauant). i. purgant. Per aquā debem⁹ itelligere baptiſmū. p ſanguinē chriſma Et dicūt q̄dā ꝙ āgeli boni purgati ſunt de labe quā habuerūt de illis q̄ ceciderūt vt lucifer ⁊ ſui ꝯplices. ⁊ iō dr aſtra

c Rux fidelis inter omnes arbor vna nobilis. nulla ſylua

talem profer fronde flore germine. dulce lignum dulces clauos. dulce pondus ſuſtinet.

Hic autor ſubiũgit adoratõem crucis poſtq̃ de eiꝰ paſſione dixit. Et cantat in die paraſceues dicẽs O (fidelis crux vna). i. ſola (nobil arbor. inter oẽs) ſc arbores. q2 (nulla ſylua ꝓfert talẽ) ſc arborẽ (frõde). i. ꝑtectione (flore). i. decore (germine). i. radice. vl (flore). i. xp̃o q̃ vocatꝰ ẽ flos ꝓphetiꝫ. q2 ſicut flos ꝓcedit ſine feditate vl aliq̃ putredine ita xp̃s ex vtero ꝟginis marie ꝓceſſit ſine aliq̃ pctõ (dulce lignũ) ſc crucis (ſuſtinet dulces clauos (chriſti (2 dulce pondus) .i. chriſtum

Flecte ramos arbor alta tẽſa laxa viſcera 2 rigor lenteſcat ille. quẽ dedit natiuitas 2 ſuper membra regis miti tendas ſtipite.

Et q2 p̃ciũ mũdi pepẽdit in te. ideo; (arbor alta. flecte) .i. declina (ramos). i. brachia crucis (2 laxa). i. relaxa (viſcera) chriſti (tẽſa). i. extẽſa i te (2 ille rigor). i. duritia (lẽteſcat). i. molleſcat (quẽ) rigorẽ (natiuitas) .i. natura dedit tibi (2 tẽdas mẽbra ſupni regiꝫ ſtipite). i. in cruce (miti). i. hũili

Sola digna tu fuiſti ferre ſeculi precium atq3 portum preparare nauta mũdo naufrago. quẽ ſacer cruor perunxit fuſus agni corpe.

Gloria 2 honor deo vſq3quo altiſſimo 2c.

(Tu ſola fuiſti digna) ſc3 (ferre p̃ciũ ſeculi). i. ſuſtinere illũ q̃ fuit ap p̃ciatus triginta argẽteis (atq3 p̃parare portũ) q̃ſi nauta (mũdo naufrago) piclitato. i. oĩb3 piclitantib3 (quẽ) mũdũ (ſacer cruor). i. ſanctꝰ ſanguis (fuſus). i. effuſus (de corpe agni). i. xp̃i (ꝑunxit). i. mũdauit.

Chorus noue hieruſalem noua meli dulcedinem promat colens cum ſobrijs paſchale feſtum gaudijs

¶ Metrũ ẽ iambicũ. Autor ẽ Ambroſiꝰ 2c. Materia huiꝰ hymni ẽ inuitare ad laudẽ feſti paſchal cũ militauerimꝰ ꝯtra diabolũ. vt ꝗ chorꝰ noue 2c. Notãdũ ẽ. q̃ p̃mo vocabat ciuitas illa Jeb3. ſcd̃o Jebuſalẽ. tercio Salem. q̃rto Hieruſalẽ p quã ſignat mltiplex hoĩs statꝰ. Jeb3 eñ iterp̃tat ꝯculcamen. 2 hẽ qñ aliq̃s in adoleſcẽtia intonſus efficit. Jebuſalẽ interp̃tat pax ꝯculcatõis. 2 hẽ qñ aliq̃s habitat. 2 delectat in p̃dictiꝫ. Salem interp̃tat pax. 2 hoc eſt qñ aliq̃s reuerſus ẽ a vicijs. Hieruſalẽ eñ interp̃tat viſio pacis. 2 hoc eſt quando aliq̃s fruitur celeſti gaudio. Vñ hoc nomẽ hieruſalẽ quattuor modis accipit. Quo ad lrãm hieruſalẽ eſt illa ciuitas paleſtine. anagogice hieruſalẽ interp̃tat ecclia triũphans. ſ. chorus celeſtiꝫ patrie. In hoc loco accipitur ſic chorus noue hieruſalem). i. noue aĩe. ſcꝫ cuiuſlibet hoĩs bene innouati. 2 purgati a vicijs (promat) id eſt cantet.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

(nouā dulcedinē meli).i.dulce melos. Melū dr a mel. qꝛ ſicut mel fit ex diuerſis generibꝫ rerꝝ.ita ꝛ melū eſt.qꝺ fit ex diuerſis notulis nouū. Vn̄ cantate dn̄o canticū nouū ꝛc̄.qꝛ ſicut mel fit fit ex diuerſis generibꝫ reruꝫ. ita ꝛ melū eſt qꝺ fit ex diuerſis notulis nouū.vn̄ dr. Cantate dn̄o canticū nouū. Mel em̄ dr a miſcēdo.vn̄ ꝓhibet̄ in lege ꝙ nemo in ſacrificio poneret mel.ſꝫ ſꝑ ſal. Mel em̄ fit ex diuerſis generibꝫ rerꝝ.hō em̄ nō dꝫ eē diuerſus.ſꝫ vniformis in bono. Vn̄.vinū ꝛ ſicerā nō bibet. ꝛ ſumit̄ ibi vinuꝫ in mala ſcatōe.qꝛ vinū in ſe ē bonū.ſꝫ abutentibꝫ vino nociuū ē tā in corpore ꝙ̄ in aīa Sycera fit ex diuerſis generibꝫ rerꝝ q̄ ſil̄ mixta vnū corrūpit aliud.vt de cereuiſia.aut granū corrūpit aquā.aut aqua granū. Ille g̃ bibit ſicerā q̄ facit aliqͩ qꝺ videt̄ eē de gn̄e bonoꝝ cū nō ſit. g̃ ſobrie iuſte ꝛ pie viuamus in hoc ſeculo.iuſte quo ad proximū.pie quo ad deum.ſobrie aūt quo ad noſmetipſos.

Quo chriſtus inuictus leo dracone ſurgens obruto dum voce viua pſonet a morte functos excitat

Cōſtrue(Quo)ſcꝫ feſto paſchali(xp̄s inuict⁹ leo)vt narrat phiſiologus. Sicut leo rugitu ſuo reſuſcitat catulū poſt triduū. ita pater in diuinis filiū ſuū.q̄re pictus ē leo(ſurgens).i.reſurgens(dracone).i.diabolo (obruto).i.lapſo(dū viua voce pſonet)vt genimina viperaꝝ q̄s docuit vos fugere a futura ira. Vel generalr̄ pt legi de angel̄ q̄ viua voce reſuſcitabūt mortuos ad iudiciū.ꝛ ſic excitat(functos).i.defunctos (a morte).i.a pctō mortali ſcḋm ꝑmā lecturā.vl̄ a(morte).ſ. quā oīs hō habebit.

Quam deuorarat improbus predam refudit tartarus captiua te libera ieſum ſequuntur agmina

Cōſtrue. Ipe ſcꝫ de⁹(refudit).i.retrofudit(p̄dā).i.rapinā(quā tartarus).i.infern⁹(iprobꝫ).i.inſatiabil̄(deuorarat).i.deglutiuerat(captiuata agmina).i.detēte aīe ſctōꝝ(libera).i.liberata(ſequunt̄ te).ſ.ieſuꝫ xp̄m

Ipſum canendo ſupplices regem precemur milites.vt in ſuo clariſſimo nos ordinet palacio

Cōſtrue. Nos(ſupplices milites).i.hūiles(p̄cemur ip̄m regē).i.rogemus xp̄m(vt ordinet nos).i.diſponat nos (in ſuo clariſſimo palacio).i. in celo īter ſctōs.vn̄ in euāge.dr In domo p̄ris mei māſiōes mlte ſunt ꝛc̄.

Per ſecla mente neſcia patri ſupremo gloria.honorqꝫ ſit filio .et ſpiritui paraclito Amen

¶ Conſtrue(gloria ſit patri ſupremo)id eſt excelſo(per ſecla)id eſt per ſecula.ibi ponitur per ſyncopam (gloria)dico(neſcia mente)id eſt incomprehenſibilis mente humana. quia deus incomprehenſibilis eſt(et ho-

noꝛ ſit ei) ſcꝫ patri in diuinis (cuꝫ filio) .i. ieſu chriſto (ꝛ ſpiritu paraclito) id eſt ſpiritu ſancto Amen

**Ex eterne domine rerum creatoꝛ omnium qui es ꝛ ante ſe cula ſemper cum patre filius.**

¶ Oẽs iſti hymni hñt vnã materiã ꝛ vnã intentõez. qꝛ tractãt de paſſione xpi ꝛ de eiꝰ reſurrectõe. Oſtẽdit eñ h ꝙ ſicut xps mortuꝰ ẽ ꝓpter delicta nr̃a. ſic etiã reſurrexit ꝓpter iuſtificatõnem noſtrã. ꝛ ꝯtulit nob verum paſcha .i. trãſitũ de terra ad celũ. de inferno ad paradyſum. Itẽ rogat vt ſua reſurrectio ſit nr̃a redẽptio vt in paſchali tp̃e vl' gaudio .i. in die iudicij defendat' nos a ꝑiculo mortꝭ .i. a dãnatõe. Uel materia huiꝰ hymni eſt vt deũ dep̃cemur ꝙ ſicͭ ip̃e creauit Adã ꝛ accepit eiꝰ corꝑis formã vt nos redimeret a poteſtate diaboli ꝛ iungeret nos deo patri. ita liberet nos ab oĩ delicto in h paſchali gaudio Et dr̃ ſic. O dñe (eterne rex) .i. ſempiterne rex (creatoꝛ) .i. factoꝛ (oĩn rez. ꝛ q̃ ſꝑ es filius cũ patre ante ſecula) id ẽ ante mundi conſtitutõnem

**Qui mundi in pꝛimoꝛdio adam plaſmaſti hominẽ. cui tue imagini vultum dediſti ſimilem**

Cõſtrue (Qui) sͤ deus (plaſmaſti) .i. formaſti (adã hoiem in p̃moꝛdio) .i. in p̃ncipio mũdi (cui) ſcꝫ ade (dediſti vultũ ſilẽm tue imagini) ſcꝫ mentẽ ſilẽm ꝑ rõnem vultus tui

**Quem diabolus deceperat hoſtis humani generis. cuius tu formam coꝛpoꝛis aſſumere dignatus es.**

Cõſtr. (Quẽ) .ſ. adã (diabolꝰ hoſtꝭ) .i. iſidiatoꝛ (hũani gñis) .i. hois. qꝛ nos in adã deceperat (cuiꝰ formã corꝑis) .ſ. ade (tu) .ſ. filiꝰ dei (dignatꝰ es aſſumere) .i. vt nos redimeres dignatꝰ es aſſumere coꝛpus humanũ.

**Ut hominẽ redimeres quem ante iam plaſmaueras. ꝛ nos deo coniungeres ꝑ carnis contubernium.**

Cõſt. Dico ꝙ dignatꝰ es accipe formã ſerui tui ad h (vt redimeres) .i. liberares (hoiem. quẽ) .ſ. hoiez (iã añ plaſmaueras) .i. creaueras (vt nos) .ſ. redimẽdo (ꝯiũgeres deo) .ſ. pr̃i (ꝑ ꝯtuberniũ) .i. ꝑ vnionẽ vl' ꝑ habitaculũ vl' ꝑ ꝯiũctõez (carnis) .i. hũanitatꝭ. qꝛ ſic nos liberauit a morte ꝑpetua

**Quem editum ex virgine paueſcit omnis anima. ꝑ quẽ et nos reſurgere deuota mente credimus**

Cõſtrue (Quẽ editũ) .i. natũ (ex ꝟgine) .ſ. maria (oĩs aĩa) .i. oĩs ſpũs rõnalis (paueſcit) .i. mirat' (ꝑ quẽ credimꝰ reſurgere nos) ſcꝫ dũ venerit iudicare viuos ꝛ mortuos (deuota mẽte) .i. bona opatõne

**Qui nobis ꝑ baptiſmum donaſti indulgentiam. qui tene**

bamur vinculis ligati conſcientie.

Cōſtruc. O tu xp̄e (ꝙ donaſti nob) ſcꝫ oib⁹ pie credētib⁹ (indulgētiā) id eſt remiſſionē ſcꝫ originalꝭ pcti (ꝑ baptiſmū ꝙ tenebamur ligati vinculꝭ ꝯſcientie) ſcꝫ ꝑ peccatum

Qui crucem propter hominem ſuſcipere dignatus es. dediſti tu-um ſanguinem noſtre ſalutis precium.

Conſtruc (Qui) ſupple xp̄s (dignatus es ſuſcipere crucē) .i. paſſionē crucis (ꝓpter hoīem dediſti tuū ſanguinē in p̄ciū noſtre ſalutis) qꝛ cū ſanguine tuo redemiſti ⁊ emiſti nos

Queſumus author omniū in hoc paſchali gaudio ab om̄i mor-tis impetu tuum defende populum.

Et qꝛ tot ⁊ tanta feciſti o xp̄e vt nos a morte ꝑpetua liberares. ideo o (autor oīm) rex (q̄ſumus) .i. rogamus te (in hoc paſchali gaudio) .i. in tua reſurrectōe (defende) .i. ꝓtege (populū tuū) a pctō redemptū (ab omni mortis impetu) .i. ab om̄i periculo.

Aurora lucis rutilat. celum laudib⁹ intonat. mundus exul-tans iubilat. gemens infernus vlulat

¶ Materia hui⁹ hymni ē laudare deū ⁊ extirpare vicia ⁊ adherere vtutibus Et nota ꝙ eccl̄ia iō aurora dr. qꝛ ſicut aurora expellit tenebras. ita ecclēſia extirpat vicia ⁊ pctā. dr g̃ ſic (Aurora lucis rutilat) .i. ſplēdet. ſcꝫ qn̄ aurora pullulat ⁊ incipit dieſcere (celū) .i. celeſtis creatura (intonat) .i. reſonat (laudib⁹. mūdus exultās) gaudēs (iubilat) .i. gloriatꝛ. qꝛ hoīes credētes in deū cātabāt laudes deo (infern⁹ gemēs) .i. diabol⁹ lugēs (vlulat) id ē plāgit. qꝛ dolet de amiſſiōe eoꝝ. quos tenebat mortuos. ſ. adā abraā et alios ſanctos quos deus ſecū traxit ad requiē eternā

Cum rex ille fortiſſimus mortis cōfractis viribꝰ. pede cōculcans tartara ſoluit a pena miſeros

Dico ꝙ celū tūc intonat laudib⁹ (cū) .i. qn̄ (rex ille fortiſſimus) ſcꝫ dn̄s ieſus xp̄s. s⁹ fuit (ꝯculcans pede) .i. cum pietate ſua (tartara) .i. inferna. (ſoluit) .i. liberauit (miſeros) ſcꝫ hoīes (a pena) ſcꝫ diaboli (ꝯfractis viribus mortis) .i. inferni ſeu diaboli ⁊c̄.

Ille qui clauſus lapide cuſtoditur ſub milite triumphans pompa nobili victor ſurgit de funere.

Vere ille rex ꝯfract⁹ virib⁹ mortis .i. diaboli ſoluit a pena miſeros homines. qꝛ ille ꝙ clauſus ē lapide) .i. monumēto (cuſtodiꝛ) .i. ꝯſeruaꝛ (ſub milite) .i. ſub militib⁹. ſinglari ꝑ plurali ꝑ ſynecdochē (triūphās) .i. vincēs (pompa nobili) .i. victoria. qꝛ tūc aīas ab iferis extraxit. ⁊ (victor ſurgit) id eſt ſurſum erigit (de funere) .i. de morte.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Solutis iam gemitibus ⁊ inferni doloribus. quia ſurrexit do-
minus reſplendens clamat angelus

Cōſtrue. Chriſtus erat victor (ſolutis).i.fractis ⁊ deſtructis (iā ge-
mitib⁹ ⁊ inferni dolorib⁹).i.anguſtijs (angel⁹ reſplendens).i.valde nitēs
(clamat) dicens mulierib⁹. Ite dicite diſcipulis eius ⁊ petro (qꝛ ſurrexit
dñs) ſupple a morte temporali

Triſtes erant apoſtoli de nece ſui domini quē pena mortis cru-
deli ſerui damnarant impij.

Ita dixerūt angeli mulierib⁹. ⁊ (apoſtoli erāt triſtes de nece).i.de mor-
te (ſui dñi. quē) ſupple dñm (ſerui impij).i.iudei (dānarant).i.damnaue-
rant (crudeli pena mortis) ſcꝫ crucis.

Sermone blando angelus predixit mulieribus. in galilea do-
minus videndus eſt quantotius

Et qꝛ apl'i erāt triſtes de nece ſui dñi. iō (angel⁹ pdixit mulierib⁹ (blan-
do ſmone).i.ſuaui (dñs vidend⁹ ē in galilea).ſ.a vob (qntoti⁹).i.ſubito

Ille dum pergunt concite apoſtolis hoc dicere. videntes eum vi-
uere oſculantur pedes domini

Cōſtruc (Ille) s. mulieres (dū) p qn̄ (pgūt ꝯcite).i.ſolicite (dicere)
id ē manifeſtare (h aplis. vidētes).i.reſpiciētes (eū).ſ.xpm (viuere).i.vi-
tam habere (oſculant̄ pedes dñi).i.locū vbi poſuerūt eū pfidi iudei.

Quo agnito diſcipuli in galileam ppere pergunt videre faciem
deſideratam domini.

Cōſtrue (q̄ agnito).i.q̄ cognito vel audito.ſ.ꝙ ſurrexit dñs (diſcipu-
li).i.apl'i (pgunt).i.vitā pagunt (ppere).i.feſtināter (in galileā videre fa-
ciem dñi deſideratā).i.ꝯcupitam ab eis

Claro paſchali gaudio ſol mundo nitet radio cum chriſtū iam
apoſtoli viſu cernunt corporeo

Cōſt. (ſol nitet).i.ſplēdet (radio ſuo mūdo).i.puro. in paſchali gaudio
claro (cū).i.qn̄ (apl'i cernūt).i.vidēt (iā xpꝫ viſu corporeo).i.oc'lo corpali

Oſtenſa ſibi vulnera in chriſti carne fulgida reſurrexiſſe dominū
voce fatentur publica

Dicimus ꝙ xpus tunc apparuit diſcipulis tamen quidam illorū.ſcꝫ
thomas non credidit. vnde dominus oſtendit ei vulnera. et ait. noli eſſe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

incredul⁹ ſʒ infidelis Et nota ꝙ q̄ttuor de cauſis cicatrices vulneꝝ oſtē dit dn̄s. ſ. vt eēnt ſignū victorie. vt deinceps de reſurrectōne nō dubitarēt vt ↄfundarent q̄ crediderūt illū phātaſticū corp⁹ accepiſſe. ꝛ vt eēnt ad patrē interceſſio. Cōſtrue (Oſtēſa ſibi vulnera) .i. oſtēſis vulneribꝫ (ſibi) id ē aplis (in fulgida carne xpi) aplī (fatent̄) .i. ꝑdicāt (voce publica) id ē manifeſta (dn̄m reſurrexiſſe) ſupple a morte

Rex chriſte clementiſſime tu corda noſtra poſſide vt tibi laudes debitas reddamus omni tempore

(Cōſtrue (chriſte) clemētiſſime rex (poſſide) .i. guberna (corda nr̄a) .i. mētes ſil' cū corporibꝫ. vt (reddamus) .i ꝓſoluamus (tibi) .i. ad honorem tuū (omi t̄pe debitas laudes)

O cenam agni; prouidi et ſtolis albis candidi poſt, tranſitum maris rubri chriſto canamus principi

¶ Materia huius hymni ē ꝙ nos vocat autor ad cenā agni illi⁹ q̄ tollit pctā mūdi. ſ. ad accipiēdū corp⁹ ꝛ ſanguinē dn̄i de q̄ dictū ē q̄ ſumit corp⁹ xpi indigne. iudiciū ſibi mādůcat ꝛ bibit. q̄ ꝟo digne. habebit vitā eternā nos ꝟo poſiti ad cenā agni. i. ad accipiēdū corp⁹ ꝛ ſanguinē dn̄i vł ad vltimū ꝑceptū xpi. qꝛ ſic poſt cenā nullū reſtat prādiū ita poſt nouū teſtamētū nullū reſtat ꝑceptū. Cōſtrue. s͡c nos (canam⁹ ꝓuidi) .i. prudētes (ꝛ cādidi) .i. nitidi (albis ſtol') .i. ꝟtutibꝫ (xpo) .i. vncto (ꝑncipi ad cenā agni) ſcʒ xpi (poſt trāſitū mar̄) .i. poſt baptiſmū vł poſt gloriā reſurrectōis

Cuius corpus ſanctiſſimum in ara crucis torridum cruore eius roſeo guſtando viuimus deo.

(Cuius) s͡c xpi ſctiſſimū corp⁹ (torridū) .i. crematū vł paſſum (in ara crucis. guſtādo) .i. ſuſcipiendo (cū roſeo cruore viuimus deo.

Protecti paſche veſpere a deuaſtante angelo erepti de duriſſimo pharaonis imperio

Dico ꝙ viuimus deo (ꝓtecti) .i. defenſi vel ſeruati; (veſꝑe paſche) id ē vltima etate (ab angelo deuaſtāte) .i. ꝑcutiēte ꝑmogenita egypti (erepti) id eſt liberati (de duriſſimo imperio pharaonis) .i. diaboli.

Jam paſcha noſtrum chriſtus eſt qui; immolatus agnus eſt ſynceritatis azyma caro; eius oblata eſt.

Cōſtrue (xp̄s ē iā noſteꝝ paſcha) .i. trāſitus de vitiꝭ ad ꝟtutes (q̄) s͡c xp̄s (ē agnus) s͡c patiens (imolat⁹) ꝓ oibꝫ nob. Vel ſic. qꝛ xp̄s imolat⁹ ꝓ nobis ē agnus (ſinceritatis) .i. puritatis (caro ei⁹ oblata) .i. ſacrificata (eſt azyma) .i. ſine fermēto vel ſine amaritudine. Azyma dr̄ ab a qđ ē ſine et zyma qđ eſt fermentū vł amarū. quaſi ſine amaritudine

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

O vere digna hoſtia per quā fracta ſunt tartara redempta plebs captiuata redit ad vite premia.

(O vere digna hoſtia) id ē ſacra oblatio (per quā) ſcʒ hoſtiā tartara ſunt fracta. ⁊ per quam (plebs captiuata) id ē anime ſanctorū (redempta redit ad premia vite) ſcʒ eterne.

Cum ſurgit chriſtus tumulo victor redit de baratro tyrannū trudens vinculo ⁊ reſerans paradiſum.

Conſtrue (Cum) .i. qn̄ (chriſtus ſurgit tumulo) .i. de ſepulchro (victor redit de baratro) .i. de fouea inferni (trudēs) .i. claudēs (tyrannū) id eſt diabolū (vinculo) .i. cū poteſtate ſua (⁊ reſerās paradiſum) fidelibꝰ ſuis. ideo ſubdit Queſumus autor oim ⁊c̄. vt ſupra

Eterne rex altiſſime redemptor ⁊ fideliū. quo mors ſoluta deperit. datur triumphus gratie

¶ Conſtrue (O eterne rex altiſſime ⁊ redēptor fideliū. quo) .i. ꝑ quem (mors ſoluta deperit) id ē deſtructa extitit. periȷ̇t inq̄ʒ mors eterna quando deſcēdit ad inferna. quia ſancti illuc mō nō deſcendūt vt ante paſſionē chriſti (triumphus) .i. victoria gratie dat̄. iā glorificatis in anima. ⁊ corpore ⁊ glorificandis in reſurrectione

Scandens tribunal dextere patris poteſtas omnium collata eſt ieſu celitus que non erat humanitus.

Tu es (ſcādens) .i. aſcendēs (tribunal) id ē ſedē (dextere patris) .i. ad eq̄litatē patris (poteſtas oim) rerū (eſt collata) .i. attributa (ieſu) ſcilʒ xp̄o (celitus) .i. diuinitus. poſſumꝰ eīm dicere ꝙ ſolus eſt ad dexterā patris. ceteri ordines ſanctorū ad ſiniſtrā reſpectu claritatis filij (q̄) poteſtas (non erat) ei collata (humanitus) .i. q̄ʒdiu vel qn̄ erat in mūdo

Ut trina rerum machina celeſtium terreſtrium infernorū condita flectant genua iam ſubdita

Dico ꝙ poteſtas data diuinitus eſt chriſto que non erat humanitus. (Ut trina rerum machina) ſcʒ celeſtiū terreſtrium ⁊ infernorū ꝯdita) a te (flectant genua iam) .i. flectentes genua celeſtes terreni ⁊ infernales ſunt (ſubdita) id ē humiliata (tibi) id ē ad honorē tui

Tremunt videntes angeli verſa vice mortalium culpa caro purgat caro. regnat deus dei caro.

(Angeli videntes) humanā formā vel naturā (tremūt) .i. mirant̄. ſcilʒ quia videbant humanā naturam ꝑ ieſum chriſtū eſſe ad dexteraʒ patris collocatā ⁊ exaltatam. ⁊ hoc (vice verſa mortaliū) qꝛ tenebāt ⁊ mirabant̄ Et nota ꝙ ante natiuitatē chriſti angeli ab hominibꝰ ſe adorari patiebant

tur ſed non poſtea. ſicut legimus de Joanne q̄ cū vellet angelū adorare
inquit angelus ioanni Noli me adorare ſeruus tuus enī ſum. ⁊ fratrū tu
orū (caro) ade (culpat nos). i. ꝑ adam in peccatū cadimus (caro) chriſti
(purgat nos). i. ꝑ chriſtū de vicijs ſurgimus (deus caro dei) id ē deꝰ (re⸗
gnat) qꝛ chriſtus deus ⁊ homo

**Tu eſto noſtrum gaudium manens olympo preditū. mundi re gis qui fabricam mundana vincens gaudia.**

O chriſte (tu manēs preditū). i. nobis paratū honoratū vel ſublima⸗
tū (olympo). i. in celo. tu (q̄ regis). i. gubernas (fabricā mūdi vincēs mū
dana gaudia) eſto noſtrū gaudiū. ſc in futuro.

**Hinc te precantes queſumus ignoſce culpis omnibus. ⁊ corda ſurſum ſubleua ad te ſuperna gratia**

Quaſi diceret deſpexiſti gaudia mūdi. ⁊ hinc nos p̄cātes (q̄ſumus). i.
dep̄camur (te ignoſce culpis om̄ibꝫ). i. dimitte nobis pctā noſtra. ⁊ (ſuble
ua) id ē ſurſum leua (corda ad te ſuꝑna grā). i. grā ſpūſſancti

**Ut cum rubente ceperis clarere nube iudicis penas repellas debi tas reddas coronas perditas**

Nos q̄ſumus te (vt cū). i. qn̄ (nubes iudicis). i. xp̄i ceperit clarere repē
te Vel alia littera Ut (cum). i. qn̄ (ceperis clarere). i. fulgere (nubes iudi
cis) id ē xp̄i (rubēte) id ē clareſcēte. i. deo ip̄o adueniente (a nobis repellas
penas debitas) ꝑ adā (⁊ reddas) id ē tribuas ꝑ gratiā (coronas ꝑditas
ꝑ culpā. ⁊ inuētas ⁊ collatas ſm̄ meritū ꝑ gratiā. qꝛ nō neceſſitate. ſed vo
lūtate gratis a morte liberauit. ⁊ ſaluauit

**Gloria tibi domine qui ſcandis ſupra ſydera cum patre ⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula Amen.**

O dn̄e ieſu xp̄e (glīa). i. laus ⁊ honor (ſit tibi q̄ ſcandis). i. aſcēdis (ſu⸗
pra ſydera). i. celos (cū patre ⁊ ſctō ſpū in ſempiterna ſecula Amen)

**Eſu noſtra redemptio amor ⁊ deſiderium deus creator om⸗ nium homo in fine temporum.**

¶ Iſte hymnꝰ ferialibꝫ diebꝫ ad cōpletoriū poſt paſcha decātat̄. Et dē
autor (O ieſu nr̄a redēptio) tu dico (amor ⁊ deſideriū noſtrū). i. amor de
ſiderabil̄ (deꝰ creator oīm) q̄ es factꝰ (hō in fine tp̄m) id ē in vltima etate

**Que te vicit clementia vt ferres noſtra crimina crudelem mortē patiens vt nos a morte tolleres**

Cōſtrue (Que). i. quāta (clemētia). i. pietas (vicit). i. cōpulit (te) ſc ie
ſum (vt ferres). i. portares vel deleres (nr̄a crimina). i. pctā tāqꝫ (patiens

crudelem mortem)crucis pro peccatis noſtris (vt tolleres )id eſt libera-
res(nos a morte)id eſt diabolo

Inferni clauſtra penetrans tuos captiuos redimens victor triū-
pho nobili ad dexteram patris reſidens.

Cōſtrue(Tu penetrās )id ē frangēs(clauſtra inferni redimēs )s. ſan
guine(captiuos)q̇ tenebant iuſte in īferno(reſidēs victor nobili triūpho)
id ē excellēti ac mirabili victoria ad dexterā patris .ſupple in diuinis

Ipſa te cogat pietas vt mala noſtra ſuperes parcendo ⁊ voti cō
potes nos tuo vultu facies.

(Ipā pietas )q̄ coegit te vt ſubires mortē crucis(cogat).i.vincat te(vt
ſupes nr̄a mala ).i.dimittas nobis debita nr̄a(parcēdo).i .miſerādo (et
facies nos cōpotes)noſtri(voti).i.deſiderij (tuo vultu)id ē tua p̄ſentia.

¶ Materia huiꝰ hymni ē. vt relictꝭ delectatōibꝫ ⁊ vanitatibꝫ huiꝰ ſeculi bona opa exercēdo deū ꝯſeqmur. Cōſtrue. O (martyr dei q̄) sc̄ martyr (ſequēdo vnicū filiū p̄ris) sc̄ in diuinis (triūphās) sc̄ es in celo (victꝭ) id eſt deuictis (hoſtibꝫ). i. inimicis (fruens bonis celeſtibꝫ)

Qui precans munere noſtrum reatum dilue. arcens mali contagium. vite remouens tedium

Et tu talibꝫ bonis fruens (dilue). i. extingue (reatū). i. pctm̄ noſtrum (munere). i. dono (ꝓcatus) sc̄ tui (arcens). i. coartās (ꝯtagiū). i. putredinem (mali). i. pcti (remouēs tediū vite) ſcꝫ famē ſitim nuditatē frigus

Soluta ſunt iam vincula tui ſacrati corporis. nos ſolue vinclis ſeculi amore filij dei.

Et quia (vincula).i.ligamēta (tui ſacrati corpis iā ſoluta ſunt) id eſt a
nexibꝫ huiꝰ ſeculi diſſoluta ſunt. ⁊ es cū chriſto (ſolue nos a vinculis) id
eſt abſolue nos a peccatis (amore filij dei)

Preſta pater pijſſime ⁊c.

Jeſu corona virginum quem mater illa concepit que ſola
virgo parturit hec vota clemens accipe.

¶ In hoc hymno laudat autor deū in cōmemoratōe ſanctaꝝ ꝟginū q̄
donādo fragilē ſexū meruerūt ſcādere ſecreta celi Rogat itaqꝫ ⁊ depcatur
deū vt neſciamus vulnera corruptōis O (ieſu corona ꝟginū quē) ſupple
ieſum) mater illa).ſ.maria (ꝯcepit) ſcꝫ ſpūſctō (q̄ ſola) mater inter alias
(virgo parturit) id eſt produxit (tu clemens accipe) id eſt ſuſcipe (hec vo
ta noſtra) id eſt has preces.

Qui paſcis iner lilia ſeptus choreis virginū ſponſas decorās
gloria ſponſiſqꝫ reddens premia.

Tu (q̄ paſcis).i.delectaris (inter lilia).i.bona opera (ſeptꝰ).i.circun⸗
datus (choreis).i.ordinibꝫ ꝟginū. ⁊ es (decorans).i.coronās (ſpōſas glo
ria ⁊ reddens ſponſis premia)

Quocunqꝫ pergis virgines ſequūtur atqꝫ laudibus poſt te canē
tes curſitant hymnoſqꝫ dulces perſonant.

(Quocunqꝫ).i.ad quecunqꝫ locū (pergis) ille ꝟgines (ſequunt̄ atqꝫ
canētes).i.laudātes (curſitant).i.currūt (poſt te laudibꝫ ⁊ pſonāt dulces
hymnos) id eſt laudes ſuaues

Te deprecamur largius noſtris adauge ſenſibꝰ. neſcire prorſus
omnia corruptionis vulnera

Et qꝛ ꝟgines pſonāt tibi laudes (deprecamur te adauge largius) id ē
augmēta amplius (noſtris ſenſibꝫ. ⁊ neſcire prorſus).i.omnino (oīa vul⸗
nera corruptōis) id eſt peccati luxurie

Preſta pater pijſſime patriqꝫ compar vnice cū ſpiritu paraclito
in ſempiterna ſecula Amen

Virginis ꝓles opiferqꝫ matris ꝟgo quē geſſit peperitqꝫ vir
go. ꝟginis feſtū canamus tropheū accipe votum.

¶ Materia huiꝰ hymni eſt canere deo laudes ⁊ ſeq̄ veſtigia eiꝰ Cōme
moratio ſctāꝝ ꝟginū agit̄ in iſto hymno ⁊ h̄ ē qḋ dr̄ (O ꝓles).i.o fili ma
rie (ꝟginis) ⁊ o (opifex).i.creator (matris quē).ſ.te (ꝟgo) maria (geſſit)
id ē portauit (qꝫ) ꝑ ⁊ (ꝟgo).ſ.maria (pepit).i.parturit. vos (canimꝰ feſtū

ꝟginis tropheū).i.victoriā.ideo(accipe).i.ſuſcipe(votum).i.ꝑces nr̄as

Hec tua virgo duplici beata ſorte.dum geſſit fragilē domare corporis ſexum domuit cruentum corpore cetum

(Hec tua ꝟgo eſt beata duplici ſorte)ſcꝫ caſtitate vel ꝟginitate ⁊ martyrio(dū geſſit).i.laborauit(domare).i.macerare(fragilē ſexū).i.delere naturā corpis.⁊ illa(domuit).i.deuicit(cruentū).i.ſanguinolētū. vel crudelē(cetū).i.diabolū(corpe)vt agatha ⁊c̄.

Unde nec mortem nec amica mortis ſeua penarum genera pauescens ſanguine fuſo meruit ſecreta ſcandere celi

Vn̄ ſupple qꝛ domuit fragilē ſexū.i.corpus ſuum(nec).i.nō ſupple fuit(paueſcēs).i.timens(mortē.nec ſeua).i.crudelia(genera penaꝝ)nec fuit(amica mortis).i diaboli vel pctī.⁊ ideo(ſanguine fuſo).i.ꝯſumato martyrio.ip̄a(meruit ſcādere ſecreta celi)id ē ad celos

Huius obtentu deus alme noſtris parce iam culpis.vicia remittens.quo tibi puri reſonemus almū pectoris hymnum

Et qꝛ meruit ſcandere celū o(alme deus parce iam culpis).i.pctīs(remittēs vicia).i.facinora(obtētu).i.prece vel orōe(huiꝰ)ꝟginis(quo).p vt.nos(puri).i.caſti(reſonemus tibi almū hymnū).i.canticū ſanctuꝫ ad honorē tui(pectoris).i.cordis noſtri

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre.⁊ ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula

Rbs beata hieruſalē dicta pacis viſio. que conſtruitur in celis viuis ex lapidibꝫ ⁊ angel' coornata vt ſpōſata comite

¶ In hac cōmemoratōe celeſtis hieruſalē autor laudat deū q̄ in hoc ſacro tēplo infundit iugiter ſuā bn̄dictionē.q̄propter rogat deū.vt in h̄ templo ſcrō ſuo oēs pmereamur acq̄rere eterna bona.⁊ adepta cū ſuis ſctis perenniter poſſidere.⁊ decātaꝛ in die dedicatōis tēpli Cōſtrue(Hieruſalē btā vrbs).i.ciuitas celeſtis ꝯſtituta vel ꝯſtructa de aīabꝫ ſcrōꝝ q̄ ſunt viui lapides(dicta).i.interp̄tata(viſio pacis.q̄ hieruſalē)ꝯſtruiꝛ in celis ex viuis lapidibꝫ).i.ſctis aīabꝫ ſcrōꝝ q̄ ſunt viui lapides(⁊ coornata angelis vt ſpōſata comite).i.vt mulier ornata ē viro.i.ſpōſo.ita eccl'ia xp̄o

Noua veniens e celo nuptiali thalamo preparata. vt ſponſata copuletur dn̄o.platee ⁊ muri eius ex auro puriſſimo

Iſta vrbs.i.ſancta eccleſia(veniēs noua e celo)id ē cum xp̄o(p̄parata nuptiali thalamo)id ē ꝟginali.lecto.i.lauacro baptiſmatꝭ(ſpōſata vt copuletur dn̄o)id ē ꝯiūgaꝛ(platee)id ē minꝰ ꝑfecti(⁊ muri).i.predicatores

(eius) ſupple ſponſe ſunt (ex auro puriſſimo) id ē ex ſplēdore ſctōꝝ. q̄ ſplē didi efficiunt̄ ſicut auꝝ puriſſimū.

Tonſionibus preſſuris expoliti lapides ſuiſqꝫ aptārur locis per manus artificis. diſponūtur permāſuri ſacris edificijs

Conſtrue (qꝫ) pro z (lapides) id ē ſcti martyres (expoliti) id ē exſculpti vel exornati (tonſionibꝫ) id ē ꝑcuſſionibꝫ (preſſuris) id ē tribulatōnibꝫ Sicut lapides in muro ſunt edificati. ita aie ſctōꝝ ſunt ordinate in paradiſo (aptant̄) id ē ordinant̄ (ſuis locis diſponunt̄ ꝑ manus artificis) id ē ꝑ manus filij dei (ꝑmāſuri ſacris edificijs) id ē celeſtibꝫ edificijs.

Porte nitent margaritis adytis patentibꝫ z virtute meritorum illuc introducit̄ oīs q̄ ꝑ chriſti noīe in hoc mūdo premitur.

(Porte) ſcꝫ illiꝰ tēpli (nitent) id ē ſplendēt (margaritis) id ē ꝟtutibus (aditis) limīnibꝫ (patētibꝫ). i. aptis ſacris tēplis (z oīs) ſupple chriſtianꝰ (q̄ ꝑ xp̄i noīe premitur). i. cruciat̄ (in hoc mūdo) id ē in p̄ſenti mundo (introducit̄ illuc) id ē in celeſtē hieruſalē (ꝟtute meritoꝝ) id ē bonorum opeꝝ ſcꝫ donorum ſuorum

Angularis fundamentum lapis chriſtus miſſus eſt qui cōpage parietis in vtroqꝫ nectitur. quem ſancta ſyon ſuſcepit in quo credens permanet

Chriſtus dr̄ lapis angularis q̄ a iudeis fuit reprobatus Unde dauid Lapidem quē reprobauerūt edifica ꝛc. tn̄ duos populos in vnū ꝯiunxit ſcꝫ iudaicū z gentilē q̄ chriſtus. i. dei filiꝰ ſpeculat̄ q̄tidie eternā beatitudinē ſummi regis. i. dei patris (chriſtus) ſupple exiſtēs (fundamētū) totius eccleſie (miſſus a patre eſt lapis angularis. q̄ (lapis nectit̄). i. ꝯiūgit̄ (compage) id ē ꝯiūctōe (parietis in vtroqꝫ) id ē in duobꝫ populis. ſcꝫ in iudaico z gentili (quē) ſcꝫ chriſtum (ſancta ſyon ſuſcepit) ſyon interpretat̄ eccl̄ia vl̄ ſpeculatio (in quo) ſcꝫ xp̄o vel eccl̄ia (credens) ſcꝫ chriſtianus q̄ credit (ꝑmanet) firmiter in fide ſancte eccleſie.

Omnis illa deo ſacra z dilecta ciuitas plena modulis. z laude z canoro iubilo trinū deū vnicuiqꝫ cū fauore predicat

(Omnis illa ciuitas) id ē eccleſia militans (eſt ſacra) id ē ſacrata (deo et dilecta) id eſt amata a deo (plena modulis) id eſt cantilenis angeloruꝫ (z laude dei z canore) in cātu vel canoro (iubilo) id ē dulci exultatōe

¶ Iubilus eſt gaudium illud quod eſt interius in homine quod omino non poteſt referri nec omnino tacetur pre animi exultatione (predicat trinum deū) ſcꝫ in pſonis (vnicuiqꝫ) id ē vnū in ſubſtātia vel vnū quoqꝫ cū fauore predicat. id eſt cum prece

Hoc in tẽplo ſumme deus exoratus adueni. ⁊ clementi bonitate precũ vota ſuſcipe. largã benedictionẽ hic infunde iugiter

O (ſumme deꝰ exoratꝰ) .ſ. a nob. i. tu deꝑcatꝰ (adueni ꝑ grãm (in h tẽplo) .i. in iſta eccl'ia (⁊ ſuſcipe vota ꝑcantiũ) .i. precũ vl' orationũ. Iſtud in trãſitiue legit' ⁊ eſt ibi figura q̃ dr endiadis. q̃ hꝫ fieri qñ duo noĩa ſubſtã-tiua ſil' ponunt' q̃ vnũ illoꝝ adiectiuat' ⁊ alteꝝ remanet ſubſtãtm̃ ⁊c. (cle-menti bonitate) .i. moderata tua prece vl' voce (infunde) .i. immitte (iugi-ter) .i. ꝑenniter vl' aſſidue (benedictõem largã) .i. latam

Hic ꝑmereãtur oẽs petita acq̃rere. ⁊ adepta poſſidere cũ ſanctis perenniter. paradiſum introire trãſlati in requiẽ Amen

(Hic) ſcꝫ in ſacra eccl'ia. vl' (hic) .i. in iſto loco (oẽs) ſcꝫ fideles homĩes (ꝑ mereant') .i. bñ mereant' (acq̃rere petita) ſcꝫ iuſta ⁊ ſctã (⁊ adepta) id ẽ illa petita obtẽta (poſſidere ꝑenniter) .i. ꝑpetue (cũ ſanctis) .i. cum bonis ſupple dũ ſumus (tranſlati in requiem) .i. mortui. ſc mereamur (introire paradiſum) .i. regnũ celoꝝ

Corde natus ex parentis ante mundi exordiũ alpha et o cognominatus. ipſe fons ⁊ clauſula omniũ q̃ ſunt fuerũt queq; poſt futura ſunt ſeculoꝝ ſeculis

¶ Materia huiꝰ hymni ẽ duplex natiuitas filij dei. Vna videlicꝫ eterna qua erat genitꝰ añ initiũ mũdi. ⁊ h ex corde ſui parẽtis. Alia aũt ẽ xp̃i nati-uitas tẽporalis. q̃ natiuitate filiꝰ dei erat natꝰ in tp̃e ex ꝟgine maria. vt pꝫ in ſequẽti ꝟſu. Et noĩat' filiꝰ dei alpha ⁊ o. i. ꝑncipiũ ⁊ finis. q̃ alpha ẽ pri-ma l'ra apud grecos. o ꝟo vltima ¶ Cõſtrue. ſc filiꝰ dei eſt (natꝰ ex cor-de parẽtis. ſ. ſui p̃ris (añ exordiũ) .i. initiũ (mũdi) .i. ſeculi (cognoiatꝰ) .i. dictꝰ (alpha) .i. ꝑncipiũ (⁊ o) .i. finis (⁊ ip̃e) .ſ. filiꝰ dei ẽ (fons) .i. ꝑncipiuꝫ (⁊ clauſula) .i. finis oĩm. ſc reꝝ (q̃ ſunt) ſcꝫ in p̃ſenti. ⁊ (fuerunt) in p̃terito (q̃ꝫ) per (q̃ ſunt futura. ⁊ ſeculis ſeculoꝝ) .i. eternalr.

O beatus partus ille virgo cũ puerpera edidit noſtrã ſalutẽ feta ſctõ ſpũ. ⁊ puer redẽptor orbis os ſacratũ ꝑtulit ſeculoꝝ ſeculis.

Hic ꝑſeq̃tur autor ſcđam natiuitatẽ xp̃i videlicꝫ tp̃alem dicẽs (O bea-tus) .i. ſanctus (ille partus) ſc eſt (cũ ꝟgo puerpera) .i. impregnata (edi-dit) .i. peperit (noſtrã ſalutẽ) .i. filiũ dei q̃ eſt noſtra ſalus. ſc ipa virgo (fe-ta) .i. repleta (ſpũſancto. ⁊ puer) ſc q̃ eſt (redemptor) ſcꝫ totius (orbis) id eſt mundi (ꝑtulit ſacratum os) id eſt ſanctũ. ſcꝫ in p̃dicando ſacrã doctri-nam iudeis in templo (ſeculoꝝ ſeculis) id eſt eternaliter.

Pſallat altitudo celi. pſallant omnes angeli. quicquid eſt virtutis vſqꝫ pſallat in laudem dei. nulla linguarum ſileſcat vox. ꝛ om̄is conſonet ſeculorum ſeculis.

Hic incitat oēs creaturas ad laudē dei. ꝛ p̄mo celeſtes. Et dr (altitudo celi). i. turba celeſtis (pſallat). i. decātet natiuitatē xp̄i. ꝛ (omnes angeli pſallant). i. laudēt. ꝛ (quicq̄d ꝟtutis eſt vſqꝫ). i. vbicūqꝫ ē aliq̄ ꝟtus celeſtis (pſallat). i. iubilet (in laudē dei) ꝛ (nulla linguaꝝ ſileſcat). i. taceat q̄n laudet deum (ꝛ om̄is vox). ſ. totius mūdi (ꝯſonet). ſ. in laudē dei (ſeculorum ſeculis) id eſt eternaliter.

Ecce quem vates vetuſtis concinebant ſeculis. quem prophetaꝝ fideles pagine ſpoponderant. emicat promiſſus olim cūcta collaudent deum ſeculorum ſeculis.

¶ Hic incitat oēs vniuerſalr̄ ad laudē dei dicēs (Ecce ꝓmiſſus). i. prophetiſatus. ſ. filiꝰ dei (olim). i. dudū (emicat). i. ſpēdet. ſ. in natiuitate ſua (quē vates). i. ꝓphete (ꝯcinebāt). i. ꝓphetabāt (vetuſtis ſeculis). i. hoībꝫ q̄ tunc fuerunt. ꝛ (quē fideles pagine). i. ſcripture (ꝓphetaꝝ ſpoſpōderant) id eſt ꝓmiſerant. ꝛ (cuncta). i. oīs (collaudent). i. ſimul laudent (deū ſeculoꝝ ſeculis) id eſt eternaliter

Te ſenes ꝛ te iuuentus. paruulorūqꝫ chorus turba martyrum virginūqꝫ ſimplices puellule voce cōcordes pudicis perſtrepent cōcentibus ſeculorum ſeculis

Hic incitat oīa gn̄a hoīm ad laudē natiuitatꝪ xp̄i dicēs. O fili dei (ſenes) ſc laudāt te (ꝛ iuuētus) ſc laudat te. ꝛ (chorus turba paruulorum martyꝝ ꝛ ꝟginū) laudat te (qꝫ) ꝑ et (ſimplices puellule). i. ꝟgines (voce ꝯcordes). i. ꝯcordiā habētes (ꝑſtrepent). i. laudant te (pudicis ꝯcentibꝫ) id eſt caſtis carminibꝫ (ſeculoꝝ ſeculis). i. eternalr̄

Tibi chriſteꝗ ſit cum patre agyoqꝫ ſpiritu hymnus melos laus perennis gratiarū actio honor virtus victoria regnum eternaliter ſeculorum ſeculis Amen

¶ Hic refert gratiaꝝ actōes deo in ꝑſona trinitatꝪ dicens. O (xp̄e. tibi ſit hymnꝰ). i. laus dei. ꝛ (melos). i. dulcis cantꝰ (ꝑennis laus) ſc ſit tibi. et (actio gratiaꝝ) ſit tibi (cū agyoqꝫ ſpū). i. ſcrō ſpū (honor ꝟtus ꝛ victoria et regnū) ſit tibi (eternalr̄). ſ. viuētibꝫ in ſecula ſeculoꝝ. Nota ꝙ melos ē dulcis cantꝰ. ꝛ dr̄ a mel qḋ ē dulce ꝛ odus cantꝰ. q̄ſi dulcis cantus.

**Feſtum nunc celebre. magnaqꝫ gaudia compellunt animos carmina promere. cum chriſtus ſolium ſcandit ad arduum celorum pius arbiter.**

¶ Materia huiꝰ hymni ē laudatio dei in aſcēſione eiꝰ. Primo eñ dr̄ hoc feſtum eē laudabile. Scḋo dirigit ſermonē ſuū ad btā̄m trinitatē rogando vt dirigat greſſus noſtros ad ſalutē eternā. Ultimo etiā oñdit q̄liter in die nouiſſima ſit reuerſurꝰ manifeſtare occulta pctā. dicēs pmo ſic (Feſtū celebre). i. ſolēne (qꝫ) pro et (magna gaudia). ſ. iſtiꝰ feſti (ꝯpellūt). i. cogūt. (nūc). i. mō (animos) ſcꝫ noſtros (ꝓmere). i. cantare (carmina). i. laudes (cū). i. qñ (xp̄s. pius arbiter). i. miſericors ⁊ mā̄ſuetꝰ iudex (ſcādit) id eſt aſcēdit (ad arduū ſoliū). i. thronū (celoꝝ). i. regni ſui.

**Cōſcēdit iubilās letus ad ethera. ſctōꝝ populus p̄dicat inclytū ꝯcinit pariter angelicus chorus victoris boni gloriam.**

Hic autor oſtēdit q̄ dn̄s noſter ieſus xp̄us lete aſcēdit in celū. ⁊ ſecum duxit multos angelos decantātes gl̄iam ⁊ honorē deo. dicēs. ſupple xp̄s (ꝯſcendit). i. ſil' cū multis alijs aſcēdit (iubilās). i. gaudēs ⁊ (letꝰ). i. hilaris (ad ethera). i. ad celos. ⁊ (populus ſanctoꝝ). i. turba celeſtis (p̄dicat) id eſt clamat. s[c] xp̄m eſſe (inclytū). i. valde glorioſum. ⁊ (angelicꝰ chorꝰ) id eſt angeloꝝ ꝯgregatio (ꝯcinit). i. cantat (pariter). i. ſimul (gl̄iam boni victoris). i. xp̄i Nota differūt aer ⁊ ether. vt pꝫ in hoc verſiculo. Aera dic noſtꝝ, ſed dicas ethera ſummū.

**Qui ſcandēs ſuperos vincula vinxerat. donans terrigenis munera plurima. diſtrictus rediens arbiter oīm. q̄ mitis mō trāſijt**

¶ Materia huiꝰ ꝟſiculi ē. q̄ aſcēdit ethera ligauit diabolū vinculis fortiſſimis in inferno ⁊ dedit hoibꝫ plura munera ⁊ trāſiēs mitis ⁊ pius de hoc mūdo rigidꝰ iudex reuertet̄ Et dr̄ (qui) s[c] xp̄s (ſcādēs). i. aſcendēs. (ſuperos). i. ſupra celos (vinxerat vincula). i. ligauerat diabolū in inferno. ⁊ s[c] xp̄s ē (donās). i. retribuēs (terrigenis). i. hoibꝫ in terra habitātibꝫ (plurima munera). i. dona (rediens). i. reuertēs (diſtrictꝰ). i. rigidꝰ (arbiter). i. iudex (hoīm tranſit). i. receſſit (mō mitis). i. miſericors.

**Oramus dn̄e ꝯditor inclyte deuotos famulos reſpice ꝓtegens ne nos liuor edax demonis obruat demergat vel in inferos**

Hic dep̄camur xp̄m vt ſuos famulos ꝯſeruet ne liuor vel inuidia ſiue odiū demonis eos demergat in infernū dicēs. O (inclyte dn̄e ꝯditor). i. glorioſe factor ⁊ creator. nos (oramus). i. rogamus (reſpice ꝓtegēs). i. defendēs (deuotos famulos). ſ. tuos (ne edax liuor). i. horribil' ira (demo-

nis).i.diaboli(nos obruat).i.rapiat vł circūueniat (vł demergat in infe-
ros).i.in inferna. Nota edax ē nomē ꝟbale ꝛ venit a ꝟbo edo. ꝛ notat
aſſiduitatē ſicut oīa noīa in ax. vñ edax eſt odiū aſſidue vorans

Ut cū flāmiuoma nube reuerteris occulta hoīm pādere iudicās
ne des ſupplicia horrida noxijs ſed iuſtis bona premia.

Hic auoꝛ oſtēdit qͣliter xp̄s reuerſurꝰ ē in nouiſſimo die manifeſtare oc-
culta pctā hoīm. ꝛ ꝙ rogemꝰ vt qñ xp̄s iudicij aduenerit ne horrida ſup-
plicia nob̄ donet. ſꝫ vitā eternā ¶ Cōſtrue. ſc nos oꝛamꝰ (vt cū reuer-
teris nube flāmiuoma).i. ſplēdida nube (iudicās pandere).i. manifeſtare
(occulta hoīm).i. ſecreta (ne des).i. inferes (horrida ſupplicia).i. horribi-
les penas (noxijs).i. pctōꝛibꝫ (ſꝫ iuſtis dona p̄mia).i. dona

Preſta hoc genitoꝛ optime maxime hoc tu nate dei ꝛ bone ſpūs
regnans ppetuo fulgida trinitas p cuncta pie ſecula Amen.

Hic dirigit ſermonē ſuū ad trinitatē dicēs. o (optime genitoꝛ p̄ſta pie)
id ē ꝯcede (hoc) ſcꝫ ne dānemur. ꝛ o (tu maxime nate dei).i. fili dei. ꝛ (bo-
ne ſpūs) ſc da ne dānemur. ꝛ o (fulgida trinitas regnās).i. gubernās (p
petuo).i. in euū. ꝛ (p cuncta ſecula).i. eternaliter

Jt poꝛta chriſti peruia referta plena gratia. tranſitqꝫ rex et
permanet clauſa vt fuit per ſecula

¶ Materia huiꝰ hymni btē marie dei genitricis p̄conia ꝯtinet ſolatiū.
ſpem. ꝛ refugiū ab ea nob̄ illatū. p hoc ꝙ digna ē fieri mr̄ dei. atqꝫ abſolu-
tionē criminū ꝛ pctōꝝ noſtroꝝ. ꝯtinet etiā qͣliter btē marie acceſſit ſummū
et maximū gaudiū in ꝓgenerādo xp̄m dei filiū ꝓpter bñ meritū. gratiarū
eīn ꝛ bonoꝝ opeꝝ ꝛ ꝟtutū p̄miū ē honoꝛ (Poꝛta xp̄i).i. maria (merito
dico poꝛta ab effectu. qꝛ p eā ſalus humano generi allata ē (referta plena
grā).i. repleta grā diuine bonitatꝭ (fit peruia).i. penetrabił (qꝫ) p et (rex)
id eſt xp̄s (tranſit) ſcꝫ p poꝛtam via generatōis vł incarnatōis (ꝛ pmanet
clauſa).i. incoꝛrupta (vt).i. ſicut (fuit p ſecula).i. ab eterno virgo ad gene-
randū ꝛ ꝯcipiendū ieſum xp̄m deputata fuit ꝛ creata.

Genus ſuperni luminis. proceſſit aula virginis. ſponſus redem-
ptoꝛ conditoꝛ ſue gigas eccleſie.

Quis aūt ille ſit rex r̄ndet (genus).i. genitꝰ vł ꝓles (ſupni luminis)
id ē altiſſimi patris (ſpōſus).i. amatoꝛ fidelis (ſue eccłie) qꝛ ſempiterna
inter eū ꝛ nos ē vnio. queadmodū inter ꝯiuges. ſc xp̄s (redēptoꝛ).i. libe-
ratoꝛ. ꝛ (ꝯditoꝛ).i. creatoꝛ. ꝛ (gigas).i. foꝛtis athleta ꝛ bellatoꝛ. eccleſiam
ſuā. cuiꝰ ſponſus ē. defendēdo ab inſidijs diaboli ꝛ tyrannoꝝ (ꝓceſſit).i.
exiuit (aula).i. ex vtero (ꝟginis) ſ. marie. ꝛ h̄ opatōne ſpūſſancti.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Honoꝛ matris et gaudium. immenſa ſpes credentium. per atra mortis pocula reſoluit noſtra crimina.**

Et ideo o rex redẽptoꝛ oĩm. s^c xp̃e (honoꝛ matris). ſ. marie. q̃ meruit portare te ex humilitate (⁊ gaudiũ) ſuũ tp̃ale ex angelica ſalutatõne. tamẽ eternale ⁊ ſummi boni. qđ filius eſt. ꝑfruitione (ſpes immẽſa). i. magna (credentiũ) in xp̃m (reſoluit). i. deleuit ⁊ abſtulit (nr̃a crimina). i. pctã (ꝑ atra). i. amara (pocula). i. ꝑ potũ ⁊ guſtũ (moꝛtis) ſcꝫ ſue crudeliſſime

**Deo patri ſit gloꝛia eiuſqꝫ ſoli filio cum ſpiritu paraclito ⁊ nunc et imperpetuũ Amen**

Ne ergo bñficioꝝ ſim⁹ ingrati ⁊ imemoꝛes (glĩa). i. laus honoꝛ ⁊ reuerentia (ſit deo pr̃i (cui nihil deeſt. qꝛ ẽ oĩpotẽs (qꝫ), ꝓ ⁊ (ſoli filio ei⁹). ſ. dño ieſu xp̃o ꝯceptoꝛ genito in tp̃e a ꝟgine maria (cũ ſpũ paraclito). i. ꝯſolatore ab ambob⁹ ꝓcedẽte (nũc). i. in hac vita (⁊ impꝑpetuũ). i. ĩ eterna patria

**Pange lingua glorioſi coꝛpis myſterium ſanguiniſqꝫ p̃cioſi quẽ in mũdi p̃ciũ fruct⁹ vẽtris geneꝛoſi rex effudit gentiũ.**

¶ Materia huius hymni ẽ de laude ⁊ de veneratõe venerabiliſſimi ſacramẽti euchariſtie. qđ inter cetera ſacramẽta excellẽtiſſimũ exiſtit ex parte rei ꝯtẽte. ꝯtinet eñi veꝝ coꝛpus ⁊ ſanguinẽ dñi noſtri ieſu xp̃i q̇ ꝓ nobis et noſtra ſalute effuſus eſt Cõſtrue. O (lingua) s^c humana (pãge) id eſt canta (myſteriũ). i. ſecretũ diuinũ ſiue p̃figuratũ (glorioſi coꝛpis) ſcꝫ xp̃i (qꝫ), ꝓ et (ſanguinis p̃cioſi). i. digniſſimi (quẽ). ſ. ſanguinẽ (rex gẽtiũ) ſcꝫ xp̃s exñs (fructus generoſi vẽtris). ſ. chariſſime ꝟginis marie (effudit in p̃ciũ). i. in redemptõem (mundi). i. oꝛbis.

**Nobis natus nobis datus ex intacta virgine. ⁊ in mũdo ꝯuerſatus ſparſo verbi ſemine. ſui moras incolatus miro clauſit oꝛdine**

Hic recõmendat xp̃m de ſua gñatõe tp̃ali atqꝫ ei⁹ ꝯuerſatõe. nec non de ſanctiſſima p̃dicatõe. Et đr. s^c xp̃s filius dei (nat⁹) eſt (nob̃) ſcꝫ in redemptõem noſtrã. ⁊ (datus) eſt (nob̃) s^c in ſalutẽ noſtrã. ⁊ h̃ (ex intacta ꝟgine). i. ex caſtiſſima ꝟgine maria (⁊ ꝯuerſat⁹). i. ãbulauit (in mũdo). i. triginta trib⁹ annis (ſparſo). i. dilatato (ſemĩe ꝟbi). ſ. p̃dicãdo (clauſit miro oꝛdine moras). i. tp̃a (ſui incolat⁹). i. ſue habitatõis in h̃ mũdo ⁊c̃.

**In ſupreme nocte cene recumbens cum fratribus. obſeruata lege plene cibis in legalib⁹. cibũ turbe duodene ſe dat ſuis manib⁹**

Hic autoꝛ ponit inſtitutõnem huius digniſſimi ſacramenti. ⁊ quãdo fuit inſtitutũ ⁊ qualiter Et ſic exponit. ſupple xp̃s (recũbens) id eſt come-

dẽs (cũ fratrib9).i.cũ ſctis ap̄lis ſuis (in nocte ſup̄me cene).i.vltime cene (obſeruata lege).ſ.veteri moſaica (plene).i.ꝑfecte (in cibis legalib9).i.in veteri lege deputatꝫ.vt ſcribit̃ in leuitico (dat ſe).i.ſeip̄m (ſuis manib9 ci bũ turbe duodene).i.duodecim ap̄lis.⁊ h̄ inchoādo nouũ teſtamẽtũ. Et q̄ notari p̄t ꝙ iudas etiã ſumpſit veꝝ corpus xp̄i de ſacratiſſimis manib9 ſuis ꝯ̄uis in ſuiꝑditõem.vñ dr̄ btũs Auguſt.ꝙ xp̄s qñ dedit ſctm̃ corp9 ſuũ in cena cũ alijs ſuis diſcipul̄ etiã dedit iude.vt nob̄ exemplũ daret ꝙ peccõrib9 occultis nõ eẽnt ſacramẽta denegãda.⁊ iõ etiã nõ denegauit ſi bi.vt oẽm occaſionẽ malefaciẽdi ab eo auferret. quã aſſumere potuiſſet ſi in aliq̄ ab alijs diſcipul̄ fuiſſet diſcret9 ante aptam maliciã.Et hoc habet̃ in canone.ſicut iudas de ꝯſe. diſt.ij.

Uerbũ caro panẽ veꝝ ṽbo carnẽ efficit.fitq3 ſanguis xp̄i merum et ſi ſenſus deficit:ad firmandũ coꝛ sinceꝝ ſola fides ſufficit.

Hic autoꝛ ponit modũ q̄ xp̄s hoc excellẽtiſſimũ ſacramẽtum inſtituit. Uñ materia hui9 ſacramẽti ẽ panis ⁊ vinũ Forma ṽo ṽboꝝ ẽ Hoc ẽ em̃ corp9 meũ ⁊c̃. Ulteri9 dr̄.⁊ ſi res hui9 ſacramẽti ad ſenſuꝫ videri nõ poſſit ſufficit tñ fides.dr̄ nãq3 Gregori9 Crede ⁊ mãducaſti Cõſtrue (ṽbũ).i. fili9 dei (caro) ſc3 factũ (efficit).i.facit (veꝝ panẽ).ſ.ipius hoſtie (carnẽ).i. corp9 (ṽbo).i.forma ṽboꝝ ad ꝯſecratõem deputatoꝝ (q3) ꝑ et (meꝝ).i. vinũ (fit ſanguis xp̄i.⁊ ſi ſenſus deficit).i.experimẽtũ ſenſuale. tñ (ſola fi des ſufficit ad firmãdũ coꝛ ſinceꝝ).i.claꝝ ⁊ puꝝ qd̄ ſine oĩ erroꝛe credit

Tantũ ergo ſacramẽtũ veneremur cernui. ⁊ antiquũ documẽtũ nouo cedat ritui.preſtet fides ſupplementũ ſenſuũ defectui.

Hic autoꝛ exhoꝛtat̃ nos ad venerãdũ h̄ egregiũ ſacramẽtũ.q2 digni9 ẽ antiq̄ teſtamẽto ⁊c̃. Cõſtrue (ergo).i.ideo nos (cernui).i.hũiles (vene remur).i.honoꝛem9 (tãtũ ſacramẽtũ).i.tã venerabile ſacr̃m ſctiſſimi coꝛ poꝛis ⁊ ſanguinis xp̄i (⁊ antiquũ documẽtũ).i.teſtamẽtũ qd̄ fuit iꝑfectuꝫ (cedat).i.locũ det (nouo ritui).i.nouo teſtamẽto.⁊ (fides preſtet).i.det. (ſupplemẽtũ defectui ſenſuũ).ſ.exterioꝝ Uñ nota ꝙ ſenſus exterioꝛ in h̄ ſa cramẽto decipit̃.q2 ponũt̃ accidẽtia panis ſine ſubiecto ⁊ h̄ ſupnaturalr̃ ⁊ ẽ

Genitori genitoq3 laus ⁊ iubilatio.ſalus honoꝛ virtus quoq3 ſit et benedictio.ꝓcedenti ab vtroq3 cõpar ſit laudatio Amen

Hic autoꝛ agit grãs trinitati.dicẽs.ſc3 ſit (laus genitoꝛi).i.deo patri. (q3).ꝑ ⁊ (genito).i.filio dei (⁊ iubilatio.ſal9 honoꝛ).i.dec9 (q̄q3).i.etiam (virt9 ⁊ bñdictio) qd̄ li bereoꝝ (ſit).ſ.genitoꝛi ⁊ genito (⁊ cõpar).i.eq̄lis (laudatio ſit ꝓcedẽti ab vtroq3).i.ſpũiſctõ.q̄ nos adiuuet vt ſine h̄ ſacra mento digniſſimo nõ moꝛiamur.

Gaude viſcerib9 mater in intimis felix eccleſia. q̄ ſacra repli-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

plicas ſancte feſta Marie plaudant aſtra ſolum mare

¶ Materia huiꝰ hymni ē de natiuitate btē marie ꝟginis Et pmo alloq̄tur ſanctā matrē eccliam vt de h̄ feſto gaudeat in q̄ nata fuit ꝟgo maria. Et bñ dr ꝙ ecclia debeat gaudere. qꝛ eiꝰ natiuitas gaudiū magnū annū-ciauit vniuerſo mūdo. Et nota ꝙ duplex ē ecclia. ſ. militās ⁊ triūphans. et de vtraqꝫ ecclia loq̄tur autoꝛ. qꝛ celū ⁊ terra depn̄ti feſto gratulant̄ in q̄ nata fuit Maria ꝟgo ꝑmanēs an̄ partū. in partu ⁊ poſt partū Ideo dr o (felix ecclia mater) ſcꝫ fideliū (gaude) .i. letare (in intimis viſceribꝫ) .i. in intimo coꝛde (que) ſcꝫ ecclia (replicas) .i. repetis (ſacra feſta marie. aſtra) id ē celū (ſolū) .i. terra (⁊ mare plaudant) .i. gaudeant de illo feſto.

Cuius magnifica eſt generatio. cuius vita ſacris claruit actibꝫ cuius finis honoꝛem ſummū ſine tenet fine

Hic ꝯmēdat eiꝰ natiuitatē dicēs (Cuiꝰ) ſcꝫ marie (generatio) .i. nati-uitas (ē magnifica) .i. glīoſa (cuius vita claruit) .i. refulſit (ſacris actibꝫ) id ē bonis opibꝫ. ⁊ (cuiꝰ) .ſ. marie (finis) .i. moꝛs (tenet ſummū honoꝛē) .i. ſummā btitudinē (ſine fine) .i. eternalr̄.

Que virgo peperit virgoqꝫ ꝑmanet lactauit ꝓpꝛijs vberibꝫ deū portantēqꝫ gerebat vlnis ꝓna trementibꝫ

Hic ꝯmēdat btiſſimā ꝟginē mariā ex eo ꝙ genuit lactauitqꝫ filiū ſuū dn̄m noſtꝝ ieſuꝫ xp̄m. dicēs (Que) .ſ. maria (peperit ꝟgo) .i. genuit (qꝫ) ꝓ et (ꝑmanet ꝟgo) .ſ. poſt partū (lactauit) .i. lacte nutriuit (ꝓpꝛijs vberibꝫ qꝫ) ꝓ ⁊ (ꝓna) .i. humilis (gerebat) .i. poꝛtabat (poꝛtātē deū) .i. poꝛtatoꝛē totiꝰ mūdi. ⁊ hoc (tremētibꝫ vlnis) .i. timidis brachijs

Felix multiplici laude puerpera regis poꝛta ſui clauſa ꝑenniter. mūdi ſtella fluentis. floꝛis virgula regia

Hic ꝯmēdat autoꝛ mariā ex ꝑte multiplicis felicitatꝫ ſue ex eo ꝙ me-ruit eē genitrix dei. vult nāqꝫ ⁊ dr ꝙ ipa ſit ſpōſa xp̄i pariens ⁊ poꝛta eter-ni regis ⁊ ſtella maris ⁊ virgula floꝛis. Cōſtrue. O maria qꝫ tu exn̄s (felix multiplici laude) .i. munere. qꝛ tu es felix (puerpera regꝫ) .ſ. ieſu xp̄i et tu es (clauſa poꝛta ſui) ſcꝫ regꝫ. ⁊ es (ſtella) .i. illuminatrix (mundi) id ē vniuerſi oꝛbis (fluentis) id eſt tranſientis (ꝑenniter) id eſt perpetue. ⁊ tu maria es (regia virgula floꝛis) id eſt nobilitatꝫ. fuit eñi beata virgo de no-bili ꝓſapia ex ſtirpe dauid

Te nunc ſuppliciter ſancta theotocos regis perpetui ſponſaqꝫ poſcimus. vt nos ſemꝑ vbiqꝫ miti munere ꝓtegas

Hic autoꝛ dirigit petitōem ad ꝟginē mariā vt obtineat nob̄ veniā a

filio ſuo dicẽs. O maria. sᶜ tu exñs (sancta theotocos). i. dei genitrix (qꝫ) ꝑ et (ſpõſa regꝫ ꝑpetui). i. eterni (nos poscimus). i. rogam⁹ (te nũc ſuppliciter). i. hũiliter (vt ꝑregas). i. defendas (nos ſp̃). i. oĩ tp̃e (ꝛ vbiqꝫ). i. oĩ loco. ꝛ h̃ (miti munere) Nota ꝙ theotocos dr̃ dei genitrix q̃ſi tota diuina Sꝫ theotic⁹). i. diuin⁹. ꝛ dr̃ a theos grece qḋ ẽ de⁹ latine. theos em̃ apd̃ grecos timoꝛ dr̃. vñ theos dr̃ deus. q2 ẽ timoꝛ oĩbꝫ colentibꝫ eũ

Sanctis obtineas virgo precatibꝫ pacis p̄ſidiũ dulce diutine nobis atqꝫ beati regni dona perennia.

Hic vltimo oſtẽdit ꝙ debeat ĩpetrare nobis pacẽ atqꝫ eterna gaudia. vult ergo O (virgo) maria) tu obtineas nobis). i. impetres (ſanctꝫ p̄catibus). i. tuis oꝛõibꝫ (dulce preſidiũ). i. auxiliũ (pacis diutine). i. diuturne (atqꝫ ꝑennia dona). i. eterna munera (beati regni). i. regni celoꝝ

Preſta ſumme pater. patris ac vnice. amboꝛũqꝫ ſimul ſpiritus annue qui regnas deus vnus omni tempoꝛe ſeculi.

Hic facit autoꝛ petitõem ad ſctãm trinitatẽ. vt pꝫ in lr̃a dicẽs O (ſumme pater. ac vnice) sᶜ fili (patris preſta) h̃ qḋ rogaui⁹. ꝛ o (ſp̄us ſiml' amboꝝ). i. patris ꝛ filij (annue). i. ꝓcede (q̃ regnas) exñs cũ eis (vnus de⁹) ꝑ eſſentiã (oĩ tp̃e ſeculi). i. eternal'r

Inuentoꝛ rutili dux bone luminis. qui certis vicibus tempoꝛa diuidis. merſo ſole chaos ingruit hoꝛridum lumen redde tuis chꝛiſte fidelibus.

¶ Iſtũ hymnũ Prudẽtius ꝯpoſuit. Et materia hui⁹ hymni ẽ ignis Et q2 vt dr̃ Moiſes. Deus tu⁹ ignis ꝯſumẽs ẽ. ꝛ oẽs trãſferentes ſe ſc̃m aliquã ſĩilitudinẽ ſe tranſferunt. ignis autẽ ꝓprietates deo ꝯpetere pñt. q̃re de⁹ ꝯuenienter aſſimilat' igni ꝛc̃. Et ſic eccl'ia in vigilia paſche ignẽ excitat de ſilice vl' petra. ſ̃cans xp̄m lumẽ in petra repoſitũ ſequẽti die excitari. rogans nos ꝯſeruari in agnitõne veri luminis. ſ. xp̄i. ꝛ ſicut multipl'r fouemus ꝛ nutrimus ignẽ. ita docere velit nos q̃rere grãm de ſaxigeno ſemine mediãte ſua paſſione dicẽs. O (bone dux) xp̄e ieſu. ſ. exiſtẽs (inuentoꝛ rutili luminis). i. fulgẽtis lucis ꝑ creatõem ſolis ꝛ lune ꝛ toti⁹ firmamenti (q̃ diuidis). i. diſtinguis ſiue ordinas (tẽpoꝛa). ſ. dies. annos. mẽſes ꝛc̃. (certis vicibꝫ). i. debita ꝛ ꝯuenienti alteratõne vl' oꝛdinatõne (hoꝛridum chaos). i. hoꝛribilis ꝯfuſio vl' tenebroſitas (ingruit). i. incidit (merſo ſole) ſcꝫ te xp̄o occiſo ꝛ in monumẽto repoſito. q̃ es verus ſol iuſticie. ḡ (o xp̄e redde) ſcꝫ ꝑ reſurrectõem tuam (tuis fidelibꝫ) id eſt tuis xp̄ianis (lumẽ) ſcꝫ gratie vel agnitõnem vere fidei.

Quãuis innumero ſydere regiã. lunariqꝫ polũ lãpade pinxeris

incuſſu ſilicis lumina; nos tamē mōſtras ſaxigeno ſemine q̄rere.

O xp̄e (q̄uis pinxeris).i.ornaueris (regiā).i.regalē domū tuā (innūero ſydere).i.infinitis ſtellis q̄ ad nos ſaltē (q̄z) p et (polū).i.celū (lunari lāpade).i.cū lumine ip̄ius lune. lāpas ꝯtinēs lucē p luce poniť (tū monſtras) id ē oſtēdis vl' doces (nos) s. xp̄ianos (incuſſu).i.ꝯcuſſiōe (ſilicis q̄rere).i. q̄rēdo inuenire (lumina).i.ignes luminoſos (ſaxigeno ſemine).i.ex natura lapidis vl' ſaxi. ꝛ h' litteral'r. Sz myſtice exponiť dupl'r. Primo ſic. Doce nos q̄rere lumē.i.grāz ex incuſſu ſilicis ſaxigeno ſemine.i.de xp̄o q̄ ſaxū vl' petra dr̄. vt pz p̄ma Cor. x. Vel doces nos q̄rere lumen.i.ꝯtritōnem petōꝝ ex incuſſu ſilicis. ſaxigeno ſemine. id eſt ex indurato corde in petīs.

Ne neſciret hō ſpem ſibi luminis in xp̄i ſolido corp̄e cōditā. qui dici ſtabilē ſe voluit petrā noſtris igniculis vnde genus venit

Et q̄z x̄ptus ꝯſeruat mēbra p influentiā capitis. iō (ne hō neſciret).i.cognoſcere. t q̄z due negatōes faciūt vnā affirmatōem (ſpem lumīs).i.vere btitudinis eē (ꝯditā).i.inditā (ſibi).i.ad ſuā vtilitatē (i ſolido).i.i firmo (corp̄e xp̄i. q̄) xp̄s (voluit).i.p̄cepit (ſe dici).i.vocari (ſtabilē petrā).i.firmū fundamētū (vnde).i.de q̄ petra vl' xp̄o (gen9).i.origo lumīs (venit) id ē aduenit (nr̄is ignicul').i.ignib9 nr̄e fidei. q̄ ex petra.i.xp̄o excuſſa eſt

Pinguis q̄s olei rore madētib9 lychnis ac facib9 paſcim9 aridis quin ꝛ fila fauis ſcyrpea floreis preſſo melle p̄us collita pingimus

Quō ꝯſeruet ignis materiat' excuſſus de petra dr̄ (q̄s) ſcz igniculos ꝛ ignes (paſcim9).i.ꝯſeruam9 ꝛ nutrimus (lychnis madētib9).i. filis humefactis (rore).i.pinguedine (pinguis olei. ac) p et. paſcimus igniculos (aridis facib9).i.ſiccis lychnis. ſ. appoſitis (quin).i.inſup (pīgim9).i.ꝯponim9 (fila ſcyrpea).i.de ſcyrpo vl' ex hmōi iūco facta (collita).i.intincta. (floreis).i.in florētib9 reb9 (ꝛ fauis).i.cū cera quā apes de florib9 ſumpſerunt (melle).i.examine apū (preſſo).i.extracto (p̄us).i.antea

Viuax flāma viget ceu caua teſtula ſuccū lintheolo ſuggerit ebrio ſeu pinus picē fert alimoniā. ſeu cerā teretem ſtuppa calens bibit.

Nō tm̄ nutriť ignis p cerā a florib9 ꝛ fauo expſſam. ſz etiā (viuax flāma).i.ardēs teda in igne (viget).i.perſtat ꝛ in vigore manet (ceu).i.ſicut (caua teſtula).i.ꝯcaua lampas q̄ ex terra argilloſa coq̄tur. vel al's paruū vas (ſuggerit).i.amminiſtrat (lintheolo).i.paruo lineo pāno (ebrio) id ē humefacto vl' oleo pfuſo (ſuccū).i.liquorē vl' alimentū (ſeu).i.vel. ſupple viuax flāma viget ſicut (pin9) tal' arbor (fert).i.amminiſtrat (picem) illū humorē viſcoſum (alimoniā).i.nutrimentū s. ip̄i igni (ſeu).i.vel. viuax flāma viget ſicut (ſtuppa) ſcz extēſa q̄ fit ex ſupfluo canopi vel lini (calēs) id ē ardēs vl' inceſa (bibit).i.attrahit vl' aſſumit (cerā teretē).i.rotūdam

candelā cereā. Teres teretis eſt oīs gn̄is. ⁊ eſt ꝓprie rotūdū ſicut haſta vel cādela Sꝫ rotūdus a um ꝓprie eſt idē qđ ſphericū ſicut pomū dr̄ rotū dū. vn̄ꝰ Haſtā dic teretē. pomū dic eſſe rotundū

O res digna deus quā tibi roſide noctis principio grex tuꝰ offeſrat luce quā tribuis. nil p̄cioſiꝰ luce qua reliqua p̄mia cernimus

Et ſic habita ⁊ ꝯſeruato igne. ad qđ ergo erit ignis dr̄ ſic (O deus) ſc̄ tu exiſtens (res digna luce). i. lumine. qꝛ ſicut in ſpiritualibꝫ ſimpliciſſimū ens eſt deus. ſic inter corꝑalia vel materialia ſubtiliſſimum eſt ignis ⁊ lux (quā) ſcꝫ lucem (tuus grex). i. tuꝰ fidelis ⁊ electus populus (offerat tibi) tanq̄ꝫ ꝓ ſacrificio (p̄ncipio) in inicio (roſide noctis). i. gratioſe ⁊ odorifere noctis (quā) ſcꝫ lucē. tu deꝰ (tribuis). i. donas nobis. ⁊ (nil). i. nihil ē (p̄cioſius). i. dignꝰ (luce) ſc̄ vera. tū qꝛ eſt p̄mū rerꝝ creatarꝝ. tū qꝛ mediāte luce videmꝰ reliq̄ bona creata. qꝛ lux eſt rō formal̄ vidēdi colores. ⁊ ꝗ̄ dr̄ (qua ſuꝑple luce (cernimus). i. videmus (reliqua p̄mia) id ē alia creata entia

Tu lux vera oculis. lux quoq̄ꝫ ſenſibus. intus tu ſpeculum ſpeculum tu foris. lumen quod famulans offero ſuſcipe tinctum pacifici chriſmatis vnguine.

Quemadmodū aūt lux vel ignis eſt eſſentiale mediū videndi corporalia. ſic deꝰ eſt mediū vidēdi ſpiritualia. ⁊ h̄ eſt qđ dr̄. O deus (tu es vera lux oculis) ſcꝫ ſp̄ualibꝫ ſanctorꝝ in patria rōne deitatis (quoq̄ꝫ) ꝑ ⁊. o deꝰ tu es (lux ſenſibꝫ) id ē oculis carnalibꝫ ꝑ tui ſanctiſſimi corꝑis reſurrectionem rōne humanitatis. quibꝫ oculis fruent̄ in patria oēs ſancti. ⁊ o deꝰ (tu es ſpeculū intus). i. interiorꝝ ⁊ ſpiritualiū oculorꝝ. ſ. ꝑ gratiarꝝ infuſionē. q̄ relucent ⁊ reſplendēt in nobis. ⁊ o deus (tu es ſpeculū foris). i. ab extra ſcꝫ oculorꝝ corporaliū grata viſio. ⁊ hoc ꝑ miraculorꝝ oſtenſionem. ⁊ o deus (tu ſuſcipe). i. accipe (lumē) ex ſilice excuſſum (qđ) ſc̄ lumen ego (famulās). i. ſeruiēs (offero tibi) ſcꝫ tanq̄ꝫ ꝓ ſacrificio. ⁊ o deus ſuſcipe lumē (tinctū) id ē humefactum vel aſperſum (vnguine). i. vnguento (pacifici chriſmatꝭ) id eſt ſpiritusſancti. vl̄ ciꝰ liquoris ab effectu dicti. eo ꝙ pacem faciat inter deum ⁊ nos.

Splendent ergo tuis pater muneribus flāmis mobilibꝫ. ſ. atria abſenteq̄ꝫ diē lux agit emula nox quā cū lacero victa fugit ꝑplo

Et ſic ſuſcepto ſacrificio (o pater) in diuinis (atria ſcꝫ) tua. i. tēpla in q̄bus modo ꝯſtituiſti (ſplendēt). i. lucēt (tuis muneribꝫ). i. donis datis ſcꝫ docendo ignē excutere ex ſilice ⁊ fouere (mobilibꝫ flammis. epiteton perpetuū. flamma em̄ ſemꝑ mouet̄ (q̄ꝫ) ꝑ ⁊ (lux). i. ſplendor. ſ. ſolis (agit) id ē cauſat (abſentē diem). ſ. ꝑ radiorꝝ extenſionem (quā). ſ. lucē (emula nox) id ē ꝯtraria diei exiſtēs (victa) id ē ſuperata ſcꝫ a luce (fugit). i. cecidit (cū lacero peplo) id ē obſcuro vel amine. ſ. tenebrarꝝ. vel myſtice diem ꝓ nouo teſtamēto ⁊ noctē ꝓ veteri capere quis poteſt

**Per chriſtū genitū ſumme pater tuū in q̄ inuiſibilis ſtat tibi glo**

**ria. q̄ noſter dn̄s. q̄ tuus vnicus ſpirat de patrio corde paraclitū**

Et vt grata ſint ꝛ gratificata laudat diuinitatē dicēs (o ſumme pr̄) ſuſ
cipe tinctū lumē acceſuꝫ (ꝑ xp̄m genitū tuū). i. ꝓpter filiū tuū (in q̄ filio)
(inuiſibil' glīa). i. nō apparēs. ſed occulta (ſtat). i. manet (tibi) patri (q̄). ſ.
xp̄s ē (nr̄ dn̄s). ſ. ꝑ emptionē ꝛ nature hūane aſſumptōem ꝛ liberatōeꝫ (q̄)
ſcꝫ xp̄s ē (tu⁹ vnic⁹) fili⁹. ſ. i tpe nat⁹ ꝛ ab eterno genitus (ſpirat). i. emittit
(de patrio corde) tuo. ſ. cū filio tuo (ꝑaclitū). i. ꝯſolatorē. vel ſpm̄ ſctm̄

**Per quē ſplēdor honor laus ſapiētia maieſtas bonitas ꝛ pietas**

**tua regnū ꝯtinuat. triplici numine texēs perpetuis ſecula ſeculis**

(Per quē) ſ. xp̄m filiū dei (ſplēdor). ſ. etern⁹ (ꝛ honor). i. glīa ꝛ (laus
. ſ. eterna (ſapiētia). i. prudētia tue ꝛ (maieſtas). i. iperiū tuū vl' poteſtas
tua ꝛ (bonitas) ſ. tua. qꝛ tu es ſummū bonū. ꝛ (pietas). i. benignitas tua
(ꝯtinuat). i. ꝑſeuerā ter tenet vel dilatat vl' ꝓlōgat (regnū) ſ. tuū qd̄ nō ē
aliud q̄ꝫ ſummi boni viſio ꝛ illi⁹ fruitio ſempiterna. ꝛ ꝑ quē xp̄m tu ſumme
pater es (texens). i. diſponēs ꝛ ꝑ fatū ordinās (ſecula). i. tpa vl' regna trā
ſitoria (ꝑpetuis ſeculis). i. eternis tēporibꝫ. ꝛ eternaliter (triplici numine)
id ē cū triplici ꝑſona vel maieſtate diuinitatis Nata eni regūt mundum.
ꝛ omnia ſtant ſub certa lege

**Ita ſanctorum decus angeloꝝ vita cunctorū pariter piorū**

**chriſte q̄ mortis moriēs miniſtrū exuperaſti**

¶ Materia hui⁹ hymni depcatōem ad xp̄m ꝯſtringit. vt q̄liter xp̄s ꝯtra
diabolū triūphauit ita nos ab iferis ꝯſeruet. Et dr̄ (O xp̄e de⁹ etn̄s. vi-
ta ſctōꝝ) hoīm. qꝛ dicis Ego ſum via veritas ꝛ vita ſ. etn̄s (decus). i. ho
nor (āgeloꝝ). i. celeſtiū ſpirituū. ꝛ nō ſolū ill' es dec⁹ ſꝫ etiā es (pariter). i. ſil'
(vita cūctoꝝ pioꝝ) ſ. hoīm. qꝛ vires creſcēdi i ꝟtutibꝫ tribuis ꝛ o xp̄e (q̄
moriēs). ſ. in cruce (exuperaſti). i. viciſti vl' debellaſti (miniſtrū mortiſ). i. di-
abolū. q̄ eue ꝑſuadēdo p̄mo induxit mortē ade. tādē oibꝫ poſteris

**Tu tuo letos famulos tropheo nunc in his ſerua placidis diebꝫ**

**in q̄bꝫ ſacrū celebraꝛ omnē paſcha ꝑ orbem.**

A q̄ miniſtro ꝑ te liberati ſum⁹. ideo tu. ſ. xp̄e (ſerua). i. cuſtodi. ſ. nos
ab eo (nūc). i. in p̄nti tpe (letos famulos tuos). i. gaudētes (tuo tropheo
id ē victoria tua. ꝑ eā eni hūana caro reuixit ꝛ letaꝛ (in his placidis diebꝫ)
ſcꝫ tibi placētes. qꝛ a te inſtituti (in q̄bꝫ). ſ. diebꝫ gaudij leticie vl' liberatōis
uel exit⁹ a captiuitate diaboli (ſacrum paſcha) id ē ſolēnitas paſchal' (cele
braꝛ) id ē feſtiuaꝛ (ꝑ oēm orbē). i. ꝑ totū mūdum

**Paſcha quo victor rediēs ab imo atqꝫ cū multis alijs reſurgēs**

**ipſe ſuſceptā ſuꝑ alta carnē aſtra leuaſti.**

Vn̄ qꝛ paſcha hebꝛaica dictio trāſitū ſ̄cat. q̄lis. ḡ tranſit⁹ xp̄i quē eccl̄ia ꝯmemoꝛat vł celebꝛat fuerit dr̄ (Paſcha) illud feſtū ſolēne (q̄). i. in q̄ feſto paſchal̄. sᶜ xp̄s (rediēs victoꝛ). i. triūphatoꝛ (ab imo). i. ab inferno (atq̃) ꝑ ꝛ sᶜ xp̄s (reſurgēs a moꝛte). ſ. tercia die (cū multꝫ alijs) sᶜ hoibꝫ (tu ipē leuaſti). i. exaltaſti (carnē) tuā hūanā (ſusceptā). i. aſſumptā ex ꝟgine maria (ſuꝑ alta aſtra). i. ſuꝑ oēs celos. qꝛ ibi ſedes ad dexterā patris

Nunc in excelſis dn̄s refulgēs ꝛ ſupꝛa celos deus eleuatus inde venturus homo iudicatus denuo iudex.

Ex q̄ xp̄s ſic gl̄oſe aſcēdit exn̄s (dn̄s) ſuꝑ oēs dn̄os (refulgēs) id ē rex ſplēdēs (nūc in excelſis). i. in celis. sᶜ in oībꝫ ſctis. in nobis q̄dē ꝑ charitatē ꝛ fidē. in ip̄is vero ꝑ ſpeciē ꝛ fruitionē. ꝛ xp̄s exiſtēs (de⁹ eleuat⁹ ſupꝛa celos) id ē ſupꝛa oēs choꝛos angeloꝝ. qꝛ ip̄e ſol⁹ ē altiſſim⁹. ꝛ xp̄s. exn̄s (hō iudicat⁹). i. ad moꝛtē ꝯdēnat⁹ a pylato (vētur⁹ denuo). i. iterū (inde). i. de celo (iudex) ſcꝫ viuoꝝ ꝛ moꝛtuoꝝ. qꝛ ī die iudicij tremēdi veniet cū poteſtate magna. ꝛ maieſtate iudicare oēs gētes ꝛ reddet vnicuiq̃ ſ̄m oꝑa ſua

Coꝛda tu ſurſum modo noſtra tolle quo patri dexter reſidens in alto. ne reſurgētes facias in ima precipitari

Cū aūt ip̄ius iudicis ſtrictiſſimū habebit̄ iudiciū ita ꝙ vix iuſt⁹ ſaluabit̄. ideo tu xp̄e (tolle). i. trahe aſſume vel accipe (modo). i. in pn̄ti tp̄e gr̄e (coꝛda noſtra) id ē mētes noſtras (ſurſum) id ē ad te ꝛ ad eū locū (q̄) id ē in quo loco es (reſidēs) eternaliter (in alto) id ē in celo. exiſtēs (dexter patri) id ē ſedet in optimis bonis oipotētis dei patris (ne facias) id eſt nō ſinas (nos reſurgentes) ſcꝫ a pctis (precipitari) id eſt impꝛouiſe cadere (in ima) id ē in pꝛofunda loca inferni

Hoc pater tecū. hoc idē ſacratus p̄ſtet amboꝝ pie chꝛiſte flatus cū quibꝫ regnas vnus deus omni iugiter euo Amē.

Et vt ab īferni penis liberemur rogam⁹ te. o (pie xp̄e) id ē ſaluatoꝛ (pater) tu⁹ (p̄ſtet). i. ꝯcedat ꝛ ꝑmittat nobis (tecum) id eſt per tuā interpellatōem vel interceſſionē (hoc) ſcꝫ qd̄ petim⁹ ꝛ o pie xp̄e (ſacrat⁹ flat⁹) id eſt ſpūſſanct⁹ (amboꝝ). ſ. tā patris q̄ꝫ filij sᶜ p̄ſtet (hoc idē) qd̄ petimus (cū q̄bꝫ) ſcꝫ patre ꝛ ſpūſctō. o pie xp̄e (regnas iugiter) id ē eternaliter. exiſtens (vn⁹ deus. ꝑ eſſentiā omni euo). i. oī tempoꝛe

Gnoſcat omne ſeculum veniſſe vite pꝛemium poſt hoſtis aſperi iugum apparuit redemptio

Hymn⁹ iſte incitat nos ad credēdū ſine foꝛmidine filiū dei eē īcarnatū Et ponit p̄ᵒ modū incarnatōis miſcēs figuras aliq̄s. ſcd̄o deſcribit hūilitatē īcarnati. ibi Preſepe poni. tertio ſubdit ꝯmoda īcarnatōis xp̄i. ibi Adā vet⁹ Et hoꝛtat̄ nos final̄r ad credēdū. put facit in p̄ncipio dicēs (Omne ſecu

lū).i.totus mūdus (agnoſcat).i.ſciat(p̄miū vite) eterne.i.xp̄m(veniſſe) id ē natū eē in mūdū ⁊ ita(redemptio).ſ.humani gn̄is (apparuit)nobis (poſt iugū).i.ſeruitutē(aſperi hoſtis).i.diaboli.de q̄ ſeruitutenos libera turus venit ſicut ⁊ fecit poſt mortē ſuā deſcēdēs ad inferos.patres inde li berās.⁊ ſecum tandē aſſumēs in vitā eternā

**Eſaias que cecinit completa ſunt in virgine annūciauit angelus ſanctus repleuit ſpiritus.**

Dat ordinē incarnatōis Illa em̄(q̄ eſaias)pheta(cecinit).i.phetauit dicēs Ecce ṽgo ↄcipiet ⁊c̄.(ↄpleta ſunt).i.ↄſummata ſunt (in ṽgine ſc̄ maria.q̄r mō xp̄m peperit.vt poſtea dicet̄(angelus)gabriel (annūciauit).i.predixit marie.xp̄m naſcituꝝ ex ea.vt patȝ in euangelio Luce p̄mo Miſſus ē angelus gabriel ⁊c̄.⁊ (ſcūſſpirit⁹ repleuit).i.beatā ṽginē gratia diuina illuminauit.ſtatim.ſcȝ vt angelo credidit ⁊ ↄſenſit dicens Ecce ancilla dn̄i.fiat mihi ſm̄ verbū tuū

**Maria ventre concepit verbi fidelis ſemine.quem totus orbis non capit portant puelle viſcera.**

Hic tangit̄ modus incarnatōis xp̄i(Maria ↄcepit ventre).i.in vtero ſuo(ſemine fidelis ṽbi)p̄ angelū ſibi dicti.cui videlȝ ipa ↄſenſum p̄buit ⁊ ſpūſſctūs ſupuenit ⁊ ipā ȝ fecūdauit.⁊ ſic(viſcera puelle).ſ.marie(portāt)illū(quē tot⁹ orbis nō capit).i.plene cape ſiue intelligere nō p̄t

**Radix ieſſe iam floruit.⁊ virga fructū edidit.fecunda partū protulit.⁊ virgo mater permanet**

Figuras adducit autor(Radix ieſſe)illi⁹ viri.ſ.maria orta de ſtirpe ieſſe(floruit).i.florē p̄duxit(iā.⁊ ṽga).ſ.aaron p̄ quā maria figurat̄(edidit).i.p̄duxit(fructū).ſ.xp̄m.⁊ maria(fecūda).i.fertil' ⁊ fructifera(protulit partū).i.filiū.⁊ tn̄(mater p̄manet ṽgo).i.intacta ⁊ incorrupta

**Preſepe poni pertulit.qui lucis autor extitit.cum patre celos cōdidit.ſub matre pannos induit**

Ad humilitatē filij dei incarnati oſtendēdā nūc deſcēdit.dicēs Ille(q̄ extitit).i.fuit(autor).i.creator(lucis).i.q̄ fuit tātus vt lucē creauerit(p̄tulit).i.ſuſtinuit.⁊ volūtate paſſus ē(poni).i.reponi(p̄ſepe).i.preſepio.⁊ q̄(ↄdidit).i.creauit(celos cū patre)in diuinis(induit pannos)id eſt veſtes(ſub matre)ſua.ſ.maria.h̄ ē dignat⁹ ē pannis indui ſiue inuolui

**Legem dedit qui ſeculo.cuius decem precepta ſunt.dignando factus eſt homo ſub legis eſſē vinculo.**

Ecce aliud argumētū humilitatis(Qui dedit).i.poſuit(ſeculo legē id eſt modū viuēdi(cui⁹)legis(precepta ſunt decē).ſ.Vnū crede deum ⁊c̄.(factus eſt hō).i.incarnatus(dignādo).i.volēdo(eſſe ſub vinculo).i.ſub obediētia(legis)q̄r voluit circūcidi.ad templū p̄ſentari ⁊c̄.

**Adam vetus quod polluit. adam nouus hoc abluit. tumẽs qđ ille deiecit. humillimus hic erigit**

Recitat ꝯmoda. q̃ nobis ꝑ hmõi filij dei incarnatõem ꝛ natiuitatẽ venerũt. hoc mõ ſcʒ (Nouus adã) id ẽ xp̃s mõ nat⁹ (abluit) id ẽ mũdauit (hoc qđ vetus adam) ſcʒ ꝑmus hõ (polluit) id ẽ maculauit trãſgrediendo mandatũ dei ꝑ morſum pomi vetiti Et (hic) ſcʒ adam nouus exiſtẽs (humillimus erigit) id ẽ erexit vel reſtituit. tẽpus ꝓpe (qđ ille) id ẽ vet⁹ adã (tumẽs) id ẽ ſupbiẽs (deiecit) id ẽ deſtruxit ꝛ effudit

¶ Nota ꝙ bene vtitur hic illis ꝓnoib⁹ hic ꝛ ille. hic ad proximũ referẽdo. ille vero ad remotum

**Jam nata lux eſt ꝛ ſalus. fugata nox ꝛ victa mors. venite gentes credite deũ maria protulit. Gloria tibi dñe ꝛc.**

Facit idẽ qđ in ꝟſu ꝑcedenti inuitãs finaliter nos ad credẽdũ xp̃i natiuitatẽ (Lux). i. redẽptio (eſt nata) nobis (iã ꝛ ſalus. ꝛ nox). i. dãnatio (fugata) id ẽ expulſa ẽ (ꝛ mors) id ẽ diabol⁹ (victa) id ẽ deuicta vel ſupata ẽ (o gentes venite ꝛ credite). i. fidẽ adhibite (maria ꝓtulit). i. peperit (deũ) ſcʒ xp̃m ſaluatorẽ noſtrũ. Iſte ꝟſus Gloria tibi dñe ꝛc. cõis ẽ etiã alijs hymnis quare hic dimittitur

**Celum coruſcãs intonet. tellus reſultans perſonet. infernus hians vlulet. humanitaſqʒ iubilet.**

¶ Effect⁹ ꝑſentis hymni ẽ ꝯgratulatio de xp̃i natiuitate ſumpta a diuerſis creaturis. videlicʒ a celo terra inferno ꝛ hoib⁹ cũ orõne. vt idẽ dñs iã nat⁹ nos eripiat a tenebris mẽtis ſiue pctĩ a nobis amoueat (Celũ coruſcãs). i. fulmẽ ſiue ſplẽdorẽ emittẽs (intonet). i. ſonũ faciat. ſ. ꝓ iocundo aduẽtu ꝛ natiuitate xp̃i (tell⁹). i. terra (reſultãs). i. ex iocũditate ſe mouẽs ꝛ ſaliẽs (ꝑſonet). i. ꝑfecte ſonet (infern⁹). i. loc⁹ dãnatoꝝ (hians). i. os aperiens vt deuoret aĩas (vlulet). i. ſonnũ triſtẽ ꝛ gemebũdũ faciat atqʒ horribilẽ. qꝛ clauſtra iferni ꝯfringent̃. ꝛ ꝑda inde auferet̃ (qʒ) ꝓ ꝛ (humanitas id ẽ hoim ſocietas (iubilet). i. leticiã mẽtalẽ exhibeat de redẽptõe ſibi ventura ꝑ dñm iã natũ. q̃ſi diceret oẽs creature letẽt̃ de aduẽtu filij dei in hũc mũdũ Et nota h̃ apta adiectiua. ꝛ ꝟba ꝓ vnaq̃qʒ creatura h̃ noiata

**Hoc iuſticiam ſtillitet. hec veritatẽ germinet. hic detrimẽta cõgemit. hec incrementa ſuſcipit**

Iſte ꝟſus depẽdet ad ꝑcedẽtẽ ampli⁹ declarãdo qđ fit ꝑ ꝓnomẽ demõſtratiuũ hic (Hoc) celũ (ſtillitet). i. ſtillãdo emittat (iuſticiã). ſ. filiũ dei vt ibi. ꝛ nubes pluãt iuſtũ (hec) tell⁹. ſ. btã ꝟgo (germinet). i. germinãdo ꝓducat (veritatẽ) iuxta illud. Ueritas de terra orta ẽ (h̃) infern⁹ (ꝯgemit). i. defleat vł deploret (detrimẽta). i. dãna ſua. ſ. ſpolia ſibi auferenda (hec) hũanitas (ſuſcipit. incremẽta). i. augmẽtat̃ ad ꝑfectũ. qꝛ deinceps q̃cũqʒ

hō q̄ velit ſaluari poterit ex gratioſa bonitate dei ſaluus fieri vt ſequitur

**Dum ſemper natus in euo. non in eui ſimulacro. ex virginali vtero adeſt ruenti ſeculo**

Cōſtrue (Dū). i. qn̄ filiꝰ dei (natꝰ ſp in euo). i. ab eterno. qꝛ natꝰ ē an̄ ſecula ſm eiꝰ diuinitatem (adeſt). i. aſſiſtit (ruēti ſeculo). i. cadēti ⁊ perituro mūdo (de ꝟginali vtero). ſ. ꝟginis marie. h̄ ē xp̄s natꝰ ē in mūdū ex ꝟgie (nō in ſimulachro eui). i. euiternitatis. qꝛ nō mō eterno ⁊ diuino ſiue immortalitatꝫ. ſꝫ tꝑali. hūano. mortalitatꝫ. ⁊ paſſibilitatꝫ. ſicut clariꝰ dt ꝟſiculus ſequēs Simulacrū penultimā ꝓducit. ⁊ venit a ꝟbo ſimulo as are ſicut lauacrū ⁊ aratrū ꝯtra ꝑuā ꝯſuetudinē multoꝝ. etiā penultimā ꝓducūt Et rō eſt. qꝛ ſyllaba naturaliter correpta ꝓduci bn̄ p̄t ꝓpter mutam cū liq̄da ſequētē. ꝓducta vero corripi nequaq̄ p̄t. Itē euū ꝓ euiternitate hic ponit̄ ꝓut diſtinguit̄ ſolū ꝯtra tempus.

**Et factus homo mortalis. quem hominē immortalis immortalem condiderat. mortalem nunc eripiat.**

Aliq̄ libri hn̄t in ſcd̄a ꝑſona eripias cōdideras ⁊c̄. faciliter āt adaptari p̄t ꝯſtructio ꝑ diuerſitate ꝑſonaꝝ In tercia ꝑſona exponit̄ ſic. (Et factꝰ) ſcꝫ filiꝰ dei (hō mortal'). i. mori potēs tꝑalit (eripiat nūc hoīeꝫ mortalem) i. de dānatōe ꝑpetua liberet (quē imortal') ab eterno (ꝯdiderat). i. creauerat (imortalē). i. eternaliter victuꝝ Vn̄ an̄ iobediētiā Ade oīs hō fuit immortal'. i. imortaliter creatꝰ. ſꝫ poſtq̄ adā de ligno vetito guſtauerat factꝰ ē oīs hō mortal' dupl'r Primo q̄tū ad corpꝰ. quā nullꝰ effugere p̄t Scd̄o q̄tū ad aiam. ⁊ iſtā mortalitatē bn̄ q̄libet euitare p̄t ꝑ opa bona cooperāte gratia diuina. cuiꝰ plenitudinē xp̄s iā natus ſecū adduxit.

**Natus ergo in tempore. ⁊ natus ante tempora. orto fidei ſidere mentis tenebras amoue.**

Orōnē facit in ſcd̄a ꝑſona. ⁊ ſic reſpectu ꝟſuū ꝑcedētiū apoſtrophat ſi in tercia ꝑſona habeant̄. alias ꝯformiter ꝓcedūt oēs in ſcd̄a ꝑſona (q̄) tu fili dei (natꝰ in tꝑe). ſ. ſm hūanitatē (⁊ natꝰ an̄ tꝑa) ſm diuinitatē (amoue) id ē remoue (tenebras). i. ꝑctā ſiue incrudelitates (mētꝫ). i. animi (ſidere fidei). i. lumine claritatis (orto). i. apparēte. ſ. nobis ꝑ natū ſaluatorē

**Gloria ſit ingenito. ingenitiq̄ꝫ genito ingeniti ⁊ geniti paraclito ſpiritui Amen.**

Hic laudat autor ſanctam trinitatē dicēs (Gloria). i. laus (ſit ingenito). i. deo patri (q̄ꝫ) pro ⁊ (genito). i. filio (ingeniti). i. p̄ris (⁊ paraclito ſpiritui ingeniti ⁊ geniti). i. patris ⁊ filij. qꝛ ſp̄ūſſanctus ꝓcedit ab vtroq̄ꝫ. ⁊ ſic gloria ſit toti trinitati

**Eſus refulſit omniū pius redemptor gentiū. totum genus fidelium. laudes celebret dramatum.**

Preſens hymn⁹ ptinet ad celebritatẽ epiphanie dñi. in q̃ p° inuitãt fideles ad laudãdũ ieſuz q̃ in terris apparuit Deiñ ɔmemorant p ordinẽ tria miracula dicte celebritatꝭ ꝛ apud vltimũ ſubdit depcatio Finalit laudat ſctã trinitas Dicit pmo ſic (Jeſus pi⁹ redẽptor oim gẽtiũ). i. hoim (refulſit). i. apparuit mõ i terris (totũ gen⁹). i. vniuerſa ɔgregaᵒ (fideliũ). ſ. xpi (celebret). i. celebrit ꝛ ſolẽnit dicat (laudes dramatũ). i. cãticoꝝ alternatĩ ſibi reſpõdẽtiũ Drama ſine g ſcriptũ ẽ q̃ſtio ſiue iterrogatio Jñ dramatic⁹. vñ qõdã gen⁹ loqndi dr dragmaticũ. ſ. qõ fit itẽr iterrogãtẽ ꝛ rñdẽtẽ.

Quẽ ſtella natum fulgida monſtrat micans in ethera. magoſq; duxit preuia ipſius ad cunabula.

(Quẽ) ſᶜ ieſum (fulgida ſtella micãs). i. ſplẽdẽs) in etherea). i. p aera (monſtrat natũ) ſᶜ eſſe (q;) p ꝛ (p̃uia). i. pcedẽs (duxit magos). i. tres reges (ad cunabula) ſcꝫ pſepia (ipi⁹) ſcꝫ ieſu iam nati Hic tangit pmũ miraculũ. ꝛ etiam in xſu ſequenti

Illi cadentes paruulum pannis adorant obſitum. verꝫ fatentur vt deũ. munus ferendo myſticum

(Illi) ſcꝫ magi (cadẽtes). i. puoluti in terrã (adorãt puulũ). i. paruum pueꝝ. ſcꝫ ieſum (obſitũ). i. circũdatũ ꝛ circũpoſitũ (pannis). i. veſtibꝫ ꝛ faſcijs ꝛ (fatent). i. recognoſcũt puulũ (vt veꝝ deũ. ferẽdo). i. portãdo ſecum et offerẽdo (myſticũ munus). i. dona figurãtia. ponit ſingulare p plurali ſcꝫ auꝝ ꝛ thus ꝛ mirrhã Itẽ faſcia eſt ligatura qua puer inuoluit. quia in modũ faſciculi corpus ligat.

Denis ter annoꝝ cyclis iam parte viuens temporis. lymphã petit baptiſmatis. cũctis carens contagijs

In hoc xſu ꝛ ſequẽti ponit ſecũdũ miraculum pñtis diei. ſ. baptiſmus dñi ſuſcept⁹ a ioãne h̃ die Jeſus q̃ (viuẽs iã ter denis ciclis). i. reuolutõibꝫ (annoꝝ) h̃ eſt triginta (pte tpis) ſui (petit). i. cupit (lymphã baptiſmatꝭ) id ẽ aquã baptiſmi. tñ (carẽs cũctis ɔtagijs). i. pctis in quoꝝ deletionem vel abſolutionẽ hmõi baptiſmus ordinatur.

Felix Joãnes mergere. illũ tremiſcit flumine. poteſt qui ſuo ſanguine peccata coſmi tergere

(Felix). i. btũs (ioãnes). ſ. baptiſta (tremiſcit). i. tremere icipit (mergere). i. baptizare (illũ) ſcꝫ ieſum (flumine). ſ. iordane (q̃ p̃t tergere). i. abluere (pctã coſmi). i. mũdi (ſuo ſanguine) ſicut fecit tpe paſſionis ſue ꝛc̃.

Nos chriſte ſubnixa prece omnes precamur protege. qui precipis rubeſcere aquas potenter hydrie

Hic ɔmemorat terciũ miraculũ. ſcꝫ de aqua ɔuerſa in vinũ. faciẽdo p idẽ obſecrationẽ ad chriſtũ O (chriſte) nos p̃camur. i. oram⁹ (ſubnixa prece). i. humili ꝛ deuota (ptege). defende (nos oẽs. tu q̃ pcipis). i. mãdas

in nuptijs (poterer) qꝛ diuina ꝟtute (aq̄s hydrie) id ē vrne lapidee (rube ſcere) id ē rubeas fieri. ſcꝫ in rubeū vinū ꝯuerti

Laus trinitati debita. honoꝛ poteſtas gloꝛia perenniter ſit oīa per ſeculoꝛum ſecula Amen.

De his q̄ dicta ſunt (debita laus) id eſt ꝯgrua (honoꝛ poteſtas glīa) id ē clarificatio ſeu gloꝛificatio (ſit trinitati) reddēdo ſingula ſingulis (per enniter) id ē ꝑpetuo ⁊ deinceps (ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ) id ē eternaliter Seculū eſt ſpaciū centū annoꝝ qꝺ repetitū in ſe ꝑpetuitatē deſignat Simile eſt cū dꝛ tēpoꝛa tēpoꝝ. ⁊ in generatōe ⁊ generationē

Eus creatoꝛ omniū poliqꝫ rectoꝛ. veſtiens diem decoꝛo lumine. noctem ſopoꝛis gratia.

¶ Materia hui⁹ hymni eſt depcatio ad deū vt ꝑ diē ⁊ noctē ſimus ab illo adiuti ⁊ defenſi a noxijs Tres ꝟſus p̄mi ſibi coherēt ⁊ ita ꝯmode legent ſimul Primus ꝟſus exoꝛdiū ſumit a q̄litatibꝫ diei ⁊ noctis hoc mō O (deus creatoꝛ oīm) rex (qꝫ) ꝓ ⁊ (rectoꝛ poli) id ē celi (veſtiēs) id ē exoꝛnās (diē) ſcꝫ artificialē (decoꝛo lumine) id ē claro ſole. ⁊ veſtiēs (noctē) id ē tēpus nocturnū (grā ſopoꝛis) id ē quiete doꝛmitōis

Artus ſolutos vt quies reddat laboꝛis vſui. menteſqꝫ feſſas alleuet. luctuſqꝫ ſoluat anxios.

